

carnale desiderium crescit. *Ibid.*, lib. 10, cap. 13.  
 58. Concupiscentia ipsa prius mentem, occupat, quam se mens peccato substernal. Lib. 5, in IV Reg. cap. 4.  
 HUGO A S. VICTORE. 59. Nullus portus illi tutus est, nulla statio securae, nulla serenitas tranquilla; qui intrinsecus concupiscentia suae aestibus jactatur. Lib. 3, de *Arca Noe*, in *Moralis*, cap. 7.  
 S. INNOC. III. 60. Si potest ignis non urere, potest caro non concupiscere. Lib. 1, de *Contemptu mundi*, cap. 16.  
 JOAN. CASS. 61. Si carnales concupiscentias de cordibus nostris desideramus eruere, spirituales in earum locis plantemus protinus voluntates: ut his animis noster semper innexus, et habeat quibus jugiter immoretur, et illecebras presentium ac temporalium respuat gaudiorum. In *Collat.* 42. *Abbatis Charemonis*, cap. 5.  
 S. JOANNES CHRYSOST. 62. Mala concupiscentia, telum est diaboli. *Hom. sup. Gen.*  
 63. Humanum genus non potest subsistere intra suos limites, sed amplius concupiscens, majora supra se appetit: et hoc est quod humanum genus potissimum perdit. *Ibid.*, hom. 30.  
 64. Efferata et mala bestia concupiscentia, quando rationem vicerit, nihil quod oportet videre finit, sed quasi in tenebris et pugna nocturna omnia facit. *Ibid.*, hom. 43.  
 65. Cum mulier pulchra concupiscitur, pulchritudo non est in culpa, quia pulchritudo Dei est donum. In *Exposit. superscriptionis Psalmi 1*.  
 66. Ignis concupiscentiae simul atque per oculorum intuitum elegantem et venustam attigerit formam, protinus exurit animum. *Hom. 3, de Verbis Isaie*.  
 67. Nullo magis laboriosum est in securitate concupiscentias vincere, quam in periculo divitias posse continere. *Hom. 31, Oper. imperf. sup. Math.*  
 68. Cum quod concupiscitur, prohibetur, eo redditur validior concupiscentiae flamma. *Serm. 12, sup. Epist. ad Roman.*  
 69. Nihil adeo concupiscentiam inflamat, sicut christus et violentia. *Ibid.*, serm. 24.  
 70. Noli plus concupiscere, quam exigit necessitas, ne totum amittas. *Hom. de Avaritia*.  
 71. Nulla re alia magis anima tribulatur, quam concupiscentia. *Hom. 71, sup. Math.*  
 72. Insuper nobis concupiscentia, si eam delicia in inundationibus ebries, cupiditates generat turpes, et voluptates admodum turpiores. *Hom. 29, super Epist. ad Hebr.*  
 S. ISID. HISP. 73. Saepe iniqui mala, quae concupiscunt, assequuntur; quatenus de affectu mali desiderii fortius puniantur. Lib. 2, de *Sum. bono*, cap. 41, sent. 6.  
 74. Gravior illos diabolus in concupiscentiis saeculi ferit, quos post renuntiationem ad saeculi amorem reduxerit. *Ibid.*, lib. 3, cap. 22, sent. 8.  
 75. Fidelis et religiosus animus, ea quae sunt caelestia concupiscit. *Serm. 2, de Annivers. die Assumpt. ejus ad Pontificatum*.  
 76. Immunda est anima, quaecumque cogitationum concupiscentiis impleta est. *De Charitate*, centuria 5, sent. 14.  
 77. Qui fugit omnes mundanas concupiscentias, omni mundana materia se superiorem collocat. *Ibid.*, sent. 22.  
 78. Cum lasciviant oculi pro illicitis concupiscentias, quid aliud nisi ignem sibi concupiat? *Hom. in Leviticum*.  
 79. Pulchritudo corporis non est concupiscentia, sed formae decus, concupiscentia rapit ei perducit ad lapsum. *Serm. 116*.  
 80. Nimis turpe est, ut terrenae simus concupiscentiae dediti, qui et Dei vocamur filii, et ad obtinendam caelestem hereditatem per Christi gratiam mereamur adscribi. *Serm. 9, de S. Benedicto*.  
 81. Concupiscentia nunquam expletur, semper indiget, nunquam non siticulosa. Lib. 2, *Legis Allegor.*  
 82. Quid deterius concupiscentia mala? quae ita totam excecet mentem, ut non tantum timorem Dei, quantum etiam ipsas penas legum infamemque mortem oblivioni dans, nihil ipsi remaneat luminis. *De Promiss.*, part. 1, cap. 36.  
 83. Non solum non moechandum est, sed nec oculis consentiendum ad concupiscentiam. *Ibid.*, part. 2, cap. 1.  
 84. Concupiscentia boni, virtutum fructus germinat. Lib. 1, de *Laud. Crucis*.  
 85. Qui concupiscentia carnali delectatur, et s. RENIGIUS. dulcedine peccati fruitur, diabolus et peccato se vendit, cui se supponit. *Super Epist. ad Roman.*, cap. 7.  
 86. Nihil inferius in homine, nihil infirmius carnali desiderio. Part. 1, tract. 1, de *Statu interioris hom.*, cap. 3.  
 87. Dum animus carnali desideria et illectus et abstractus, nunc affectum suum, nunc appetitum concupiscentiarum suarum sequitur, nunquam quietus, nunquam tranquillus esse permittitur. *Ibid.*, cap. 8.  
 88. Mens humana, quae multiplici rerum visibilibus concupiscentia excecatur, ad spirituum honorum contemplationem difficile renovatur. Part. 2, lib. 2, sup. *Apocal.*, in Prologo.  
 89. Qui totum persuadere vult concupiscenti, quidquid concupierit aspectu, equus insaniens est. Lib. 41 de *Cubern. Dei*.

S. LEO I.

S. MAX. MAER.

ORIGEN.

S. PETRUS CHRYSOL.

S. PETRUS DAMIANUS.

PHILO JUD.

S. PROSPER.

RABANUS.

S. RENIGIUS.

RICH. A SANC.

TO VICTORE.

ARISTOTEL.

SENECA.

SIXTUS PHILOSOPH.

VALERIUS MAXIM.

SALVIANUS.

90. Non tanto major fit concupiscentia, quanto magno fecit, quod concupit. *De habitu mulierum*, cap. 5.  
 91. Elsi saeviat concupiscentia carnis, timore Dei habeas, et tolletur ejus insania. *Sup. II, ad Cor.*, cap. 7.  
 92. Cum alicui prohibetur id quod concupiscit, vehementius in concupiscentiam illius exardescit: sicut fluvius apposita obice fortius fluit, et obicem frangit. *Prose.*  
 93. Prohibitio ejus quod concupiscitur, ponit illud quod prohibetur quasi extra hominis potestatem, et ideo concupiscentia magis exardescit in rem concupitam dum prohibetur. *Sup. Ep. ad Roman.*, cap. 5.  
 94. Latere quaerit concupiscentia propter turpitudinem. 1, 2, quest. 48, art. 3.  
 95. Concupiscentia nunquam satiatur. *Opusc.*, opusc. 9, de *Novo principio: Non concupiscet*.  
 96. Quanto caro magis fovetur, tanto concupiscentia crescit. *Ibid.*, de *Perfect. vita spirit.*, cap. 9.  
 97. Nil sic morbidum, sic contagiosum invenitur in homine, sicuti concupiscentia carnalis, et indomita libido, quae totam corrumpit animae pulchritudinem. *Serm. 6, ad Fratres*.  
 98. Nil altum, nil delicatum, nil curiosum, nil transitorium concupiscas, et maximas inquietudines amputasti. *Medit. 16, de Cordis munditia*, cap. 3.  
 99. Desine concupiscere, et desines indignari. *De Recognit. propria fragil.* cap. 1, sect. 2.  
 100. Natura excitat concupiscentias, sed iugis et intenta abstinentia has etiam extinguit. Lib. 8, cap. 152.  
 101. Carnis concupiscentia est domesticus hostis, hic stimulus, hic tyrannus manet in homine post Baptismum. *Sup. Psalm. 1*.  
 102. Per concupiscentiam diabolus diverse hominum mentes capit ac decipit. *Serm. de Spe*.  
 SENTENTIA PAGANORUM.  
 103. Qui concupiscit, dolore angitur. Lib. 3, de *Moribus*, cap. 11.  
 104. Temporalia non quia concupiscenda sunt, laudantur: sed concupiscuntur, quia laudant sunt. Ep. 84.  
 105. Donec in desideris est caro, anima ignorat Deum. *Sent. 128*.  
 106. Omnia habet, qui nil concupiscit: eo quidem certius, quam qui cuncta possidet. Lib. 4, *Dictor. memorab.*, cap. 4.  
 107. Inutiliter aliquid concupiscere, et in eo perseveranter morari, exitio ea dulcedo vicina est. *Ibid.*, lib. 7, cap. 2.  
 Vide etiam titul. *Ascendere*, sent. 6; *Asperitas*, sent. 16; 54, 53, 56, 57, 61, 62, 84, 86, 132; *Consuetudo*, sent. 47; *Mulier*, sent. 115; *Occupatio*, sent. 23; *Peccatum in genere*, sent. 141; *Pulchritudo*, sent. 127; *Tentatio*, sent. 128.  
 CONFESSIO.  
*Etymologia.* Confessio dicitur quasi cordis fassio, id est manifestatio. Part. 3, tit. 14 de *Sacram.* cap. 10, § 2.  
 Confessio dicitur quasi simul fassio, scilicet oris s. ANTONIN. et cordis. *Sup. Psalm. xx*.  
*Definitio.* Confessio vera est sincera peccatorum absque velamine coram sacerdote legitimo manifestatio. *De Paradiso animae*, part. 4, de *Virtut.*, cap. 40.  
 Confessio est per quam maribus latens spes. ANTONINUS. venio aperitur. Part. 3, tit. 14, de *Sacram.* cap. 19.  
 Confessio est conscientiae mundificatio. *Expos. s. ANTONINUS. 2, sup. Psalm. cxviii*, art. 1, versiculi 7, cap. 1.  
 Confessio est penitentia, qua quis inclinatur JOAN. GERS. dicere omnia peccata sua mortalia exterius sacerdoti. In *Descript. terminor.*, cap. *Justitia*.  
 Confessio est rei, scilicet ejus quae ignoratur professio cognitio. Lib. 6 *Etymol.*, cap. 49.  
 Confessio est coram sacerdote legitima peccatorum declaratio. In *Supplem. tertiae partis*, quest. 7, art. 1, arg. 4.  
 Divisio. Confessio duobus modis accipitur s. AUGUSTIN. Scripturis; est confessio laudantis et est confessio gementis. *Sup. Psalm. xciv*, vers. 1.  
 Constendum est tripliciter: patenter, ferventer, festinanter: patenter, ut sit vera sine excusatione; festinanter, ut sit confessio prompta sine dilatione. *Expos. 2, sup. Psalm. cxviii*, vers. 7, cap. 1.  
 Duplex est confessio: altera criminis, altera HUGO A SANC. laudis. Confessio criminis est conversio peccatoris, confessio laudis est glorificatio Creatoris. *Sup. Psalm. xci*, cap. 64.  
 Triplex est confessio. Una est confessio fidei, s. THOMAS alia est confessio gratiarum actionis sive laudis, tertia est confessio peccatorum. 2, 2, quest. 3, art. 1, in corp. ad 1.  
 SENTENTIA PATRUM.  
 1. Si vis justificari, fateere delictum tuum; solvit enim criminum nexus verecunda confessio peccatorum. Lib. 2 de *Penit.*, cap. 6.  
 2. Novit omnia Dominus, sed expectat vocem tuam, non ut puniat, sed ut ignoscat. *Prose.*  
 3. Non vult ut insultet tibi diabolus, et celantem peccata tua arguat; preveni accusatorem

S. ANTONIN.

S. BONAVENT.

S. ALBERTUS MAGNUS.

S. ANTONINUS.

S. BONAVENT.

JOAN. GERS.

S. ISIDORUS HISPALENS.

S. THOMAS AQUINAS.

S. AUGUSTIN.

S. BONAVENT.

HUGO A SANC.

TO VICTORE.

S. THOMAS AQUINAS.

S. AMBROSIIUS.

tuum: si te ipse accusaveris, accusatorem nullum timebis; si te detuleris ipse, (etsi mortuus fueris) reviviscas. *Ibid.*, cap. 7.

4. Qui jaces in tenebris conscientiae, et delictorum tuorum sordibus quodam reorum carere, exi foras, delictum proprium prode, ut justificeris; ore enim confessio fit ad salutem. *Pros.*

5. Si confessus fueris, claustra rumpentur tua, et omnia solventur vincula, etsi corruptela corporeæ fetor gravis sit. *Ibid.*

6. Omnis qui sua vult peccata celare, hic spiritualiter vulpes est. *Prosc.*

7. Sicut enim vulpes propter fraudes suas latibulus demoratur, ita et peccator tacens propter conscientiam peccatorum foveis delitescit.

8. Et sicut illa non audet inter medias hominum turbas morum suorum ostendere fallaciam: ita et hic erubescit in media Ecclesia conversatio suæ nequitiam confiteri. *Serm.* 79.

9. Veniabilis est culpa, quam sequitur confessio delictorum. *De Paradiso*, cap. 14.

10. Non potest quisquam justificari a peccato, nisi fuerit peccatum confessus. *Ibid.*

11. Confessio, penarum compendium est. *Lib. 2, de Cain et Abel*, cap. 9.

12. Est quedam in peccatis verecundia, et penitentiae portio, crimen fateri, nec derivare culpam, sed recognoscere. *Prosc.*

13. Mitigat judicem pudor reorum, excitat autem pertinacia denegantium. *Ibid.*

14. Perfecta confessio et animi querit devotionem, et vocis professionem. *Sup. Psalm. cxviii*, *serm.* 20, vers. 5.

15. Non potest ei adhiberi remedium, cujus est vulnus occultum. *Hab. apud Bedam*, tom. 7, in suis *Scintillis*, cap. 8.

S. ANSELMI. 16. Tunc pura est confessio, si eam sequitur voluntaria persuasio. *De similitud.*, cap. 104.

S. ANTONINI. 17. O nimia insania hominum! pudet sordes abstergere per confessionem, et non pudet contrahere ante confessionem; abstergitur caliga a luto, et continentur anima. *Part. 2*, tit. 9, *de Acedia*, cap. 13 § 3.

18. Medici, spirituales mediante penitentiae medicina, et confessione, resuscitant mortuos in peccatis. *Part. 3*, tit. 7, *de Medicis*, cap. 1, § 2.

19. Confessio spem salutis tribuit; sicut e converso taciturnitas inducit desperationem. *Part. 3*, tit. 14, *de Sacram.*, cap. 6, § 3.

S. ANTONIUS DE PADUA. 20. Confessio mundat hominem a lepra, et decorat gratia Spiritus sancti. *Serm. infra Oct. Nativ. Dom.*

21. Qui confessionem, non dico verbo (quod pejus est omni homicidio) sed signo, vel alio quo cunque modo oculo, vel manifesto, irrisorie,

vel applausorie demunt et manifestant, audacter dico, gravius peccant proditore Juda, qui Dei filium Judæis vendidit. *Serm. 2. Dom. 4. Quadrag.*

22. Confiteor homini, non tanquam homini, sed tanquam Deo. *Ibid.*

23. Confessio porta est caeli; vere porta caeli, et porta Paradisi. *Prosc.*

24. Per ipsam enim tanquam per portam introducitur penitens ad osculum pedum divinae misericordiae erigitur ad osculum marium caelestis gratiae, suscipitur ad osculum oris reconciliationis paternae.

25. O domus Dei! o porta caeli! o confessio peccati! beatus, qui in te habitabit; beatus qui se in te humiliabit! *Ibid.*

26. Debet penitens cum arenæ confessionis habere cornu nude accusationis, et canem conscientiae mordacis, ne aliquid de peccato, vel circumstantia peccati intactum permittat pertransire. *Prosc.*

27. Debet etiam habere jaculum animadversionis, indignationis et satisfactionis, ut se ipsum feriat, sibi ipsi indignetur, pro peccatis suis satisficiat; ut quot in se habuit oblectamenta, tot de se inveniat holocausta. *Serm. Dominica 2. Quadrag.*

28. Si tu discooperis peccatum, Deus cooperit; si tu detegis, Deus legit. *Serm. 4. Quad.*

29. Diabolus insidiatur oribus, id est, Ecclesiae Fidelibus, quorum guttur restringitur, ne peccata confiteantur. *Serm. Dom. 2. post Pascha.*

30. Mens peccatoris stercore diaboli fetens et infecta, per portam confessionis est purganda. *Serm. 1. Pentec.*

31. Confessio oris est propter necessitatem. Quia enim peccasti, necesse est confiteri; si non vis confiteri, necesse est tui damneris. *Ibid.*

32. Superbia habet confusionis deformitatem. S. AUGUSTINI. et non habet confessionis humilitatem. *Lib. 14, de Genes. ad litt.*, cap. 35.

33. Non parvum malum est, ad defendendum peccatum a medicamento confessionis averti. *De xxi sententis*, sent. 3.

34. Non est adhibenda fallax defensio, sed verax confessio peccatorum. *De continent.*, cap. 3.

35. Videmus quotidie in Ecclesia saepe fabricantes, saepe languidos, saepe passionibus captos, saepe liberari; ut appareat toties opus miserantis, quoties confessio fit penitentis. *De vera et falsa penit.*, cap. 3.

36. Qui confiteri vult peccata, ut inveniat gratiam, quaerat sacerdotem scientem ligare et solvere. *Ibid.*, cap. 10.

37. Non erubescat peccator confiteri peccata peccatori; si enim Sacerdos peccata non habet,

erubescere posset, qui peccata sua ei manifestaret. *Ibid.*, cap. 19.

38. Confessio peccatorum tuorum, est virtus Dei; tuam iniquitatem conitere, gratiam Dei confitere. *Prosc.*

39. Te accusa, illum glorifica; te reprehende, illum lauda, ut et ipse veniens, inveniat te penitentem tuum, ut exhibeat se tibi Salvatorem tuum.

40. Confiteri times, ne confessum damnet Deus? si non confessus lates, non confessus damnaberis.

41. Times confiteri, qui non confitendo esse non potes occultus, damnaberis tacitus, qui posses liberari confessus.

42. Ad hoc exigit Deus confessionem, ut liberet humilem; ad hoc damnat non confitentem, ut puniat superbum.

43. Ergo tristis esto antequam confitearis, confessus exulta, jam sanaberis.

44. Non contentis conscientia saniem collegat, apostema tumerat, cruciabat te; requiescere non sinebat; adhibet medicus fomenta verborum; et aliquando sciat; tu, agnosce medici manum, confitere, exeat in confessione, et defluit omnis sanies. *Sup. Psalm. lxxvi*, vers. 3: *Confiteantur tibi populi, Deus.*

45. Quid tibi valebit calliditas accusatoris, ubi est testis conscientia, ubi tu eris et causa tua, ubi Judex non quaerit testem? *Prosc.*

46. Advocatum misit tibi Deus, propter illum, et per illum confitere; age causam tuam, et defensor est penitentis, et petitor veniae contentis, et iudex innocentis. *Sup. Psalm. lxxvi*, vers. 4.

47. Fac confitendo propitium, quem negando non facis nescium. *Sup. Psalm. lxxiv*, vers. 1.

48. Praebet peccatoribus Deus modo aditum salubris confusionis, si non contemnant medicinam confessionis; si autem modo nolunt confundi, tunc confundentur, quando delueant eos ex adverso iniquitates eorum. *Sup. Psalm. lxxxv*, vers. ultimo.

49. Tanto major laus est ignoscentis, quanto major exaggeratio est peccata contentis. *Sup. Psalm. xiv*, vers. 1.

50. Confessio peccatorum decus est recte viventium et recte factorum. *Sup. Psalm. cii*, v. 2.

51. Potest esse laus Dei vera et pia, ubi non sit confessio peccatorum; nulla est autem peccatorum confessio pia et utilis, ubi non laudatur Deus, sive corde, sive etiam ore atque sermone. *Sup. Psalm. cv*, vers. 1.

52. Peccata ignorantia, vel negligentia melius accusantur ut pereant, quam excusantur ut maneant. *Ibid.*

53. In confessione meretricis, adulteræ, flagitiosae defendunt peccata sua; si latuerint, negant; si autem vel deprehensa atque convicta fuerint, defendunt; et quam facilis defensio earum, quam cita, sed quam præceps, quam quotidiana et quam sacrilega! *Super. Psalm. cxl*, vers. 5.

54. Si vis a via fidei perducere ad possessionem spei, incipe in confessione; te prius accusa, te accusato Deum lauda. *Sup. Psalm. cxlvi*, vers. 7: *Præcivite Domino in confessione.*

55. Vis audire consilium, peccator? si vis a Deo fugere, ad ipsum fuge confitendo, non ab ipso latendo; latere enim non potes, sed confiteri potes. *Tract. 6, super. Evang. Joan.*, de cap. 3.

56. Vera confessio est via, per quam ingrediar ad te viam, per quam egrediar ab invio, et revertar ad te viam, quia tu es vera via vite Deus meus. *Lib. Soliloq. animæ*, cap. 4.

57. Sacerdotem Angelum Dei existima, aperi et penetralium tuorum abditissima latibula, conscientia verecunde penitentia revela repagula. *Prosc.*

58. Non te pudeat coram uno dicere quod te non puduit forsitan coram multis et cum multis facere. *Lib. 2 de Visil. infirm.*, cap. 3.

59. Heu cur erubescis confiteri quod facere nequaquam erubisti? melius est coram uno aliquantulum tolerare, quam in die iudicii coram tot milibus hominum gravi depulsa denotatum tabescere. *Ibid.*

60. Confitere, chare mi, nomine tenus, quae te mordent flagitia, detege specialiter, quae scis specialia. *Ibid.*

61. Melius est ignorantiae presbyterorum consulere, quam ignorantes in ignorantia sua incastigatos remanere. *Ibid.*, cap. 7.

62. Quid est infelicis, quid perversius quam de ipso vulnere (quod latere non potes) non erubescere, et de ligatura illius erubescere? *De penit. medicina*, cap. 3.

63. In confessione sui accusatio Dei laudatio est. *Serm. 8 de Verbis Dom.*

64. Remedia purgandi facinorosi Spiritu sancto instruento, addiscimus, non aliter veniam posse mereri, nisi nostra facinora fuerimus, Deo jubente, confessi. *Hom. 46.*

65. Diluat confitendo quod peccando iniecerat, satisfactione abluit quod delictorum maculis sordidaverat. *Ibid.*

66. Timeat futurum supplicium, qui praesens iudicis contempsit remedium. *Ibid.*

67. Confessio justificat, confessio veniam peccatis donat omnis spes veniae in confessione consistit. *Serm. 3, Dom. 4, Quad.*

68. Confessio opus est misericordiae, salus aegroti, unicum est viribus nostris medicamentum cum penitentia. *Ibid.*

69. Oculis premitur crapula iniquitatis, evomat eam confessio, sed non canino more redeat ad vomitum. *Serm. 1, Dom. 4, Quadragesima.*

70. Noli timere peccata confiteri, o homo, nam illud quod confessionem scio, minus scio, quam illud quod nescio. *Serm. 30, ad Fratres in cremo.*

71. Cur confiteri times peccata? peccator est, qui audit peccata, sicut et tu, et forsitan major: homo est nihil differt a te, nihil alienum habet a te. Cur ergo times, o homo peccator, homini peccatori confiteri? elige quod vis, si non confessus lates, inconfessus damnaberis. *Ibid.*

72. Confessio est salus animorum, dissipatrix vitiorum, restauratrix virtutum, oppugnatrix demonum, pavor inferni, ostaculum diaboli, angelorum tunica, ecclesiarum fiducia, salus, dur, haeculis, lumen, spes omnium Fidelium. *Ibid.*

73. Confessio obstruit os inferni, aperit portas Paradisi, vita est iustorum, peccatorum gloria. *Ibid.*

74. Qui verbum confessionis in ore habet, et in corde non habet, aut dolosus est, aut vanus: qui vero in corde et non in ore, aut superbus est, aut timidus. *Ibid.*

75. Decet Sacerdotes esse tales, ut cognoscant et sciunt, quam qualem, et quantam infirmantibus exhibere debeant medicinam. *Ibid.*

76. Nolens se esse rerum, addit potius ad reatum et, sua excusando, non accusando peccata, ignorat non se potnam removere, sed veniam. *De continentia, cap. 5.*

77. Ista assidua peccata, et quasi quodammodo necessaria, assidua laventur confessione, assidua restaurantur compunctione. *De vera et falsa penit., cap. 8.*

78. Quem penitet, omnino poeniteat, et dolorem lachrymis ostendat: representet vitam suam Deo per Sacerdotem, praeveniat iudicium Dei per confessionem. *Ibid., cap. 10.*

79. In hoc quod peccator per seipsum dicit Sacerdoti, et erubescitiam vincit, timore offensus, fit venia criminis. *Prosec.*

80. Fit per confessionem veniale, quod erat criminale in operatione, sit veniale quod commisserat mortale.

81. Multum satisfactionis obtulit, si qui erubescitiam dominans, nihil eorum quae commisit nuntio Dei denegavit. *Ibid.*

82. Cautus sit ne verecundia ductus dividat quis apud se confessionem, et diversa diversis Sacerdotibus velit manifestare. *Prosec.*

83. Quidam uni celant, quae alii manifestanda conservant, quod est se laudare, et ad hypocrisim tendere, et semper veniam carere, ad quam per frusta totam putant pervenire. *Ibid., cap. 13.*

84. Sentiat culpam, nec velit excusare se confitens, ne augeat crimen. *Ibid., cap. 16.*

85. Consideret confessor qualitatem criminis, in loco, in tempore, in perseverantia, in varietate personae, et quali hoc fecerit tentatione, et in ipsius vitii multiplici executione. *Ibid., cap. 14.*

86. Caveat spiritualis Iudex ut, sicut non commisit crimen nequitiae, ita non careat munere scientiae; oportet enim ut sciat cognoscere quidquid debet iudicare. *Prosec.*

87. Iudiciaria enim potestas hoc expostulat, ut quod debet iudicare, discernat.

88. Diligens inquisitor et subtilis investigator sit, sapienter et quasi astute interroget a peccatore quod forsitan ignorat, vel verecundia velit occultare. *Ibid., cap. 20.*

89. Deus tegat vulnera tua, noli tu; nam, si tu tegere volueris erubescens, medicus non curabit. *Sup. Psalm. xxxi, in Enarrat. 2, vers. 2.*

90. Remansit in vetustate, qui nobis confitendo amare novitatem. *Ibid., vers. 3: Quoniam tacui.*

91. Spiritus sanctus est in confidente: iam ad donum Spiritus sancti pertinet, quia tibi displicet quod fecisti, immundo spiritui peccata placeant, sancto displicent. *Sup. Psalm. i, vers. 12.*

92. Dic hominibus quid es, dic Deo quid es: quia, si non dixeris Deo quod es, damnabit Deus quod in te inveniet; non vis ut ille damnet te, tu te damna; vis ut ille ignoscat, tu ignosce. *Traet. 1, super Joan. de capitul. 1, super illud: Si confessi fuerimus delicta nostra.*

93. Esto accusator tuus, et Deus erit indultor tuus. *Serm. 7 de Verbis Dom.*

94. In omnibus Scripturis divinis utiliter ac salubriter admonemur, ut peccata nostra debeamus jugiter et humiliter non solum Deo, sed etiam Sanctis et Deum timentibus confiteri. *Ibid. 11.*

95. Sanat te Deus, confitere tantum vulnus tuum; jaces sub manibus medici, patienter implora auxilium. *Prosec.*

96. Foret, urit, secat, æquanimitè tolera; tantum noli attendere, nisi ut saneris.

97. Sanaberis autem, si ostendas te medico; non quia ille non videt, si tu te abscondas, sed ipsa Confessio initium sanitatis est. *Ibid.*

98. Melior est in malis factis pura Confessio, quam in bonis factis suberba gloriatio. *Serm. de Donis Spiritus sancti.*

99. Haec sunt, quae mundant oculum cordis,

oratio et confessio. *Serm. 4 Omnium SS.*

100. Sacerdotes caute necesse est vigilare sollicitos, quod delinquentium cordibus tanto molerantur verbum timoris et contritionis instigant, quatenus eos nequaquam a verbo confessionis extirpent. *Serm. exhort. ad Milites templi, cap. 12.*

101. Dissimulant in vita sua agere poenitentiam, et de extrema confessione praesumunt. *Serm. 38, de P. reulis.*

102. Confessio eo periculosus est noxia, quo subtilius vana, cum ipsa etiam inhonesta et turpia de nobis detegere non veremur, non quia humiles sumus, sed ut esse putemur. *Serm. 16, sup. Cant.*

103. Quid perversius, quid re indignius, quam ut humilitatis custos confessio superbia militet; et inde velis videri melior, unde videris deterior? *Ibid.*

104. O perversitas! non pudet inquinari, et aluii pudet. *Epist. 183, ad Eustochium.*

105. Bonum est animae ornamentum confessio quae et peccatorem purgat, et justum reddit purgatorem. *Epist. ad Sophiam.*

106. Absque confessione justus iudicatur ingratus, et peccator mortuus reputatur; a mortuo quippe, tanquam qui non sit, perit confessio. *Ibid.*

107. Confessio peccatoris est vita, justus gloria; et necessaria est peccatori, et justum nihilominus decet. *Ibid.*

108. Quomodo culpam suam confitebitur, qui nec esse putat, nec putari culpabilis patitur? propterea cum ei culpa imputatur, crescit, non amputatur. *Gradu 7 de Praesumpt.*

109. Conveniens valde est ut nos, qui peccando Deo contumaces fuimus, poenitendo supplices sacerdotibus et ministris ejus simus. *De Medit., cap. 9.*

110. Sunt qui confitendo, quasi fabulem narant suorum historiam peccatorum; ægritudines animae suae sine confessione dinumerant, et pene sine poenitentia et sine affectu doloris. *De vita solit., ad fratres.*

111. Omnia in confessione lavantur, conscientia mundatur, amaritudo tollitur, peccatum fugatur, tranquillitas redit, spes reviviscit, animus hilarascit. *In Medit., cap. 37.*

112. Post Baptismum nullum aliud nobis constitutum est remedium, quam confessionis refugium. *Ibid.*

113. Ante Dei conspectum cuncta nostra peccata sunt scripta; sed quod ibi scribit transgressio, hic delet confessio, non te igitur pudeat dicere quod non puduit facere. *Ibid.*

114. Omnis spes veniae et concordiae est in confessione vera; simulata namque confessio non est confessio, sed duplex confusio. *Ibid.*

115. Confessio, speciem habens humilitatis, non virtutem, non solum veniam non meretur, sed et provocat iram. *Prosec.*

116. Culpabilis profecto est confessio, quae culpam non diluit, quae se excusat et non accusat.

117. Omnino non potest non placari Deus, si quis in ore per confessionem sonat, in corde radiet humilitas. *Serm. 16, super Cant.*

118. Execranda in confessione fictus est, peccatum dividere, et superficie tenus radere, non intrinsecus eradicare. *Prosec.*

119. Non enim utilis est confessio, nisi sit in oris veritate et cordis puritate. *In Medit., cap. 9.*

120. Cur te pudet peccatum tuum dicere, quem non puduit facere?

121. Cur erubescis Deo confiteri, cujus oculis non potes abscondi?

122. Si forte pudor est tibi uni homini et peccatori peccatum exponere, quid facturus es in die iudicii, ubi omnibus exposita tua conscientia patebit? *In Sententiis, verbo Quatuor, sup. illud Joan. 112: Luzare, veni foras.*

123. Omne quod remordet conscientiam, confitere humiliter, pure, fidei. *Serm. 16, sup. Cant.*

124. Ama confessionem, si affectas decorem; confessioni enim jungitur decore, jungitur pulchritudo: ubi confessio, ibi pulchritudo: ibi decore. *Ep. 113, ad Sophiam.*

125. Si peccata sunt; in confessione levantur: si bona opera, confessione commendantur. *Ibid.*

126. Si ad perfectam sanitatem pervenire desideras quidquid conscientiae stomachum gravat, totum vomitu pure confessionis emovere non differas. *Prosec.*

127. Virus vitiorum, insi festinanter ejiciatur, prius interiora peccatorum; ægritudines animae suae sine confessione dinumerant, et pene sine poenitentia et sine affectu doloris. *De interiori domo, cap. 55.*

128. Peccatum manifestando decrescit. *Volum. 2, ser. 38, ad Sororem.*

129. Si operam medicantis expectas, oportet ut vulnus detegas tuum. *Lib. 1, de Consol. phil., prosa. 4.*

130. Confessio debet esse voluntaria, nuda, munda: Voluntaria secundum originem, nuda secundum qualitatem, munda secundum finem. *Sup. Psalm. LXXXVIII.*

131. Diabolus tenet peccatorem in carcere clausum; Christus clavem ad aperiendum de caelo apportavit, et amico tuo reliquit: sed heu! dia-

ROSTUS.

BONAVENT.

Iohes caret ne aperitur. Serm. 10, in dieb. Rogat., sub illud *Matth.* 16: *Tibi tradita sunt claves.*

132. Omnis difficultas confitendi, vinculum est diaboli. Serm. 3, *Dom.* 11, post *Pentec.*

133. O quam consultius, quam melius est nunc uni detegere Sacerdoti peccata sua, quam coram Deo, et Angelis Mundoque universo confundi! Serm. 1, de *S. Marco.*

134. Sicut nullus potest justificari, qui Sacramenta continent: sic nullus in iustitia perseverat, si post justificationem ex contemptu negligat confitenti. In lib. 4, sent. dist. 17, part. 1, art. 2, quest. 4.

135. Confessio fuit a Domino insinuata, ab apostolis instituta, ab episcopo Hierosolymitano, scilicet Jacobo, promulgata. *Ibid.*, dist. 17, part. 2, art. 1, quest. 3.

136. Cessat vindicta divina, si confessio praeurrat humana. Lib. 2, *Pharetrae*, cap. 19.

137. Habes accusatorem acerbissimum et immitem: praeveneri ergo eum, et obtura os ejus im pudicissimum propria sponte confitendo delicta. *Ibid.*

138. Quanto quis pluribus confitebitur in spe veniae turpitudinem criminis, tanto facilius consequetur gratiam remissionis. *Ibid.*

139. Sacerdos in confessione debet discernere inter penitentiam et penitentiam, et inter culpam et culpam, sicut ex lege Domini debebat Sacerdos et mandato Domini discernere inter lepram et lepram. Tit. 2, *Diatra*, cap. 1.

140. Non est conscientia ordinata, seu pura, varios querere Confessores. In *Speculo discipl.* part. 1, cap. 9.

141. Confessio a morte liberat, vulnera mentis sanat, Deum homini manifestat, paradisum aperit, peccata tegit, misericordiam divinam emollit, animum jucundat, intercessores multiplicat, conscientiam mundat, fodus diaboli rumpit, in via salutis dirigit, peccatum delet, malum praecavet. Lib. 6 *Compendii Theologiae veritatis*, cap. 26.

142. Peccatum ipsius peccati cognitione curatur, et crimen criminis confessione aboletur. Homil. 4.

143. O ingeniosa simplicitas, et mille tergiversationibus cautor puritas, manifestare delictum! Illis non iudex, sed advocatus est Christus, qui se propria confessione damnarunt. Sup. *Psalm.* xxxi. vers. 5; sup. *Psalm.* lxxv. vers. 4.

144. Mira compensatio, stupenda vicissitudo, Domino suo propria mala dicere, et ab eodem premia salutis accipere. Quis non incitetur illi ad praemium confiteri, cui non possit negare

S. CESARIUS  
ARELATENSIS.  
  
CASSIODORUS.

quod feceris? Sup. *Psalm.* cxviii in illud: *Vias meas enuntiavi.*

145. Sola necessaria est, quae dicitur confessio, cum reus non id quod factum est defendit, sed ut ignoscatur expostulat. Sup. *Psalm.* vi.

146. Pia confessio potest absolvere, quod rota constat impia commisisse. Sup. *Psalm.* xliix.

147. Culpam revelare remedium est, delicta confiteri, securitas. Sup. *Psalm.* lxxii.

148. Tantum valet in principis accelerata confessio, ut ante indulgentia subveniat, quam poena percellat. Sup. *Psalm.* lxxix, vers. 18.

149. Ibi damnatio est confiteri peccatum, ubi jani constat esse iudicium. Sup. *Psalm.* cv, vers. 1.

150. Quod si forte alienus vel cor, vel livor, vel infidelitas, vel aliquid aliud peccatum latenter irrepserit, non erubescit confiteri haec huic qui praestet ut ab ipso per verbum Dei, et consilium salubre curetur. Ep. 1.

151. Confiteri oportet donec conscientia confitentis in lachrymis charitatis de remissione eorum plene persuasum habeat. *Pros.*

152. Oportet autem attendere semper sensum confessionis, ne forte conscientia nostra sibi mentiatur, dum satis se quis confessum esse suspiciatur.

153. Siquidem longe majus est iudicium Dei conscientia nostra, tamen etsi exploratum ei sit plenissime nihil se sibi conscius esse.

154. Etenim nisi ut decet confessi fuerimus, metum quandam latentem tempore obitus nostri in nobis reperiemus. De *Perfecto spiritu*, cap. 100.

155. Nihil gravius, nihil perniciosius, quam seipsum tegere. Doct. 5.

156. Peccator dum libitur in peccatum, de misericordia Dei praesumat, apud quem nullus patitur veniae morus vera confessio. Homil. 9.

157. Per confessionem venia nascitur. *Ibid.*, Homil. 11.

158. Confiteantur singuli delictum suum, dum adhuc qui deliquit in seculo est, dum admitti confessio ejus potest. *Pros.*

159. Illi se anima praesternat, illi mens tota satisfaciatur, illi spes omnis succumbat. *Ibid.* Homil. 11.

160. Sna peccata sponte spiritualibus viris prode, correctionis vita signum est; occultare vero, animi male affecti indicium existit. In illud: *Attende tibi*, cap. 9.

161. Multi, qui praepudore occultant morbum, insanabilem eum reddunt, quem novissime dolent se medico non ostendisse.

162. Tunc prodest peccati confessio, si confessus peccator quod male fecerat, ultra non faciat. Lib. 2, de *Remiss. pecc.*, cap. 16.

S. CLEMENS  
PAP.  
  
S. DIADIMUS  
  
S. DOBRIANUS  
  
S. ELIAS  
  
S. EPHRAIM

163. Sic confitere peccatum, ut non sit iterandum. Sup. *Ecclesiastic.*, cap. 7, in illud: *Et non iteres verbum.*

164. Confessio peccatorum, conscientiae est testimonium timentis Deum: qui enim timet iudicium Dei, peccata non erubescit confiteri. Super *Matth.*, cap. 3, in illud: *Confitentis peccata sua.* S. Joan., Chrysost., homil. 3 *Op. imp. in Matth.*

165. Ubi est taciturnitas confessionis, venia non est speranda criminis. In *Decretis*, part. 2, de *Penitent.* dist. 1, canon. *Quis.*

166. Qui promereri vult bonum quod expetit, debet malum confiteri quod fecit. Lib. 7, *Moral.*, cap. 18.

167. Despecta vox confessionis est, quam format jucunditas prosperitatis. *Ibid.*, cap. 22, num. 25, sup. illud *Psalm.* xlviii: *Confitebitur tibi.*

168. Sola confessio habet magni meritum ponderis, quam a veritatis reclinata nequaquam separat vis doloris, quam usque ad iudicium vocis exauit adversitas testis cordis. *Ibid.*

169. Haec sunt verae humilitatis testimonia, iniquitatem suam quaeque cognoscere, et cognitam voce confessionis aperire. Lib. 22, *Moral.*, cap. 9.

170. Usitatum humani generis vitium est, laefendo peccatum committere, et commissum negando abscondere, et convictum defendendo multiplicare. *Ibid.*

171. Cuique peccatori jam exordium illuminationis est, humilitas confessionis. *Ibid.*

172. Sibimetipsi jam parcere renuit, qui manum non erubescit fateri quod fecit: et qui dependendo accusari potuit, accusando se celerime defendit. *Ibid.*

173. Perfectae humilitatis indicium est peccata et ultro accusare, et aliis accusantibus non negare. *Ibid.*, cap. 10, in titulo. num. 14.

174. Indicia verae confessionis sunt si, cum quisque se peccatorem dicit, id de se dicenti etiam alteri non contradicit. *Ibid.*

175. Superbiae vitium est, ut quod de se fateri quisque quasi sua sponte dignatur, hoc sibi dici ab aliis dedignetur. *Ibid.*

176. Mirentur in sancto Job (qui voluit castitatis continentiam: mirentur integritatem justitiae, mirentur viscera pietatis; ego in eo non minus admior confessionem humillimam peccatorum, quam tot sublimia gesta virtutum. *Ibid.*

177. Apud aures Dei vox valida, devota confessio est. *Ibid.*, lib. 26, cap. 23, sup. illud *Job.* 36: *Neque clamabunt.*

178. Vulnera clausa plus cruciant: nam cum putredo, quae interior fervet, eiecitur, ad salu-

GLOSS. ORD.  
ET  
S. JOANNES  
CHRYSOSTOM.

GRATIANUS.  
  
S. GREG. MAG.

tem do'lor aperitur. Part. 3, *Pastor.*, cap. 1, edmonit. 15.

179. Peccatorum confessio es quodam vulnure rupto; qui peccati virus salubriter aperitur in confessione, quod post fere latebat in mente. Hom. 40, sup. *Evang.*

180. Electorum est peccare et respicere, culpas perpetrare et perpetratas confitendo delegere. Lib. 5, in *1 Regum.*, cap. 4, sup. illud 1: *Indicavit illi Jonathas.*

181. Electi viri quando se de minimis accusant in confessione, ea utique non quasi parva, sed quasi magna pronuntiant. *Ibid.*, sup. illud 1: *Et indicavit illi Jonathas.*

182. Electi peccata sua deserunt, et tamen haec quasi non deserta pertimescunt, quae quidem puris confessionibus delent, sed quasi non deleta vehementer timent. *Ibid.*

183. Peccatum in confessione prodendum est, sed augmentandum mendacio non est: tale debet esse in confessione, quale fuit in operatione. *Ib.*

184. Signum vere confessionis non est in oris confessione tantum, sed etiam in afflictione penitentiae. Lib. 6, in *1 Regum.*, cap. 2.

185. Quando, ot ubi, et quomodo; si vel ignorantia, vel casu, vel studio quisque deliquerit, confiteatur. In septem, *Psalmos penitent.*, super *Psalm.* ii, vers. 5.

186. Peccatum quod diligitur, confitendo minime deletur. Lib. 6, in *1 Regum.*, cap. 2, super illud: *Peccavi*, etc.

187. In quo sibi quisque misericorditer subveniri desiderat, hoc necesse est ut confitens tergat. Lib. 4, *Moral.*, cap. 17.

188. Magnum malitiae remedium, confessio est, fuga est peccati. Orat. 8, ob *Patrem episcop.*

189. Crediderere solum, iustitia est: salus autem perfecta, est confiteri. Orat. 20.

190. Illi quorum peccata humanam notitiam latent, nec ab ipsis confessione, nec ab aliis publicata, si ea confiteri vel emendare noluerint, Deum quem habent testem, ipsum habituri sunt et ultorem. Serm. 1, for. 2, *Litaniarum.*

191. Non sufficit sola confessio, si defuerit bona operatio. Serm. Dom. 19, post *Pentec.*

192. Pateat quod noxium est, ut possit contrastrahi cum patuerit. Lib. 1, *adversus Jovian.*

193. Levius es crimen, ubi homo peccatum suum ultro confitetur, quam ubi celans invitatus detegitur, et nolens publicatur. Ep. 22, *ad Susannam lapsam.*

194. In hac vita mortalibus nihil est quidquam salubrius, quam ut statim peccato delicto, confessionis non differatur medela. In *Regula Monachar.* cap. 19.

HAYMO.  
  
S. GREG. NAZ.  
  
S. HIERONYMUS.

195. Si quem serpens diabolus occulte momorderit, et nullo conscio eum peccati veneno infecerit: si tacuerit qui percussus est, nec vulnus suum voluerit confiteri, nihil ei ad curandum prodesset poterit. *Prosec.*

196. Si erubescat enim aegrotus vulnus medico confiteri quod ignorat, medicina non curat. *Sup. Ecclesiasten*, cap. 10, in illud: *Si momorderit serpens.*

197. Qui cecidit in crimine, confitendo mala sua redeat ad salutem. *Sup. Psalmi. L. Psalm. XLIX.*

198. Ubi peccator intelligens vulnus suum, tradit medico se curandum, ibi non est virga necessaria, sed spiritus lenitatis. Habet in decretis *Gratiani*, part. 2, de *Penit.*, dist. 1, canon. *Importuna.*

HUGO A. S. VICTORE.

199. Intus est peccator, quamdiu iniquitatem suam abscondit; quando autem confitetur, foras venit. *Prosec.*

200. Quisquis in hac vita sponte a peccato extirpauerit, in futuro expelletur invitus.

201. Quia qui hic peccatum suum revelare neglexerit ad salutem, ejus peccatum ibi velit non sit, revelabitur ad confusionem. *Super Psalm. v. vers. 7.*

202. Nihil latet occultum in abscondito mentis, quod non appareat in luce vere confessionis. *Lib. 3, de Claustro animæ, cap. 19.*

203. Sane quam sit pernitiosum, quam periculosum homini peccatori, peccata sua celare; et quam sit fructuosum, immo necessarium, ea confiteri, multis auctoribus in sacra pagina declaratur. *Ser. 53, post. init.*

204. Non potest quis justificari a peccato, nisi confessus fuerit ante peccatum. *Ibid.*

205. Si forte peccator vere peniteat, sed intercurrentis necessitatis articulo ad confessionem venire non possit, firmiter est credendum, quod in eo summus sacerdos complet quod mortalis non potuit. *Ibid.*

206. Tunc salus peccatoris incipit, quando veraciter pro delictis suis ingemiscit; quæ tamen salus tunc perficitur, quando id unde ingemuit ore confitetur. *Ibid.*

HUGO CARD.

207. Confessio timida est in principio, sed quanto major est timor, tanto confidentiorem reddit confidentem. *Sup. Gen., cap. 44.*

208. Pignus emundationis, confessio est peccatoris; duræ molæ, spes et timor. Spes superior, quia ad alta provehit; timor inferior, quia inferius trahit. Prima tollitur per desperationem, secunda per presumptionem. *Pros.*

209. Quidam enim confessores, imo ut verius dicam, vitiorum palpones, superiorem molam

auferunt, nimis acriter corrigendo, vel nimias penitentiam injungendo. Alii autem auferunt molam inferiorem, vitia palpando, vel diminuendo, vel fallaciter veniam promittendo. *Sup. Deuter., cap. 24.*

210. Sex gradus, quibus itur ad confessionem: primus est, vitæ præterite recordatio; secundus est, vitæ præsentis consideratio; tertius est, status futuri præmeditatio; quartus est, pudor, qui ex primo procedit; quintus est, dolor qui ex secundo oritur; sextus est, timor qui ex tertio nascitur. *Sup. Josue, cap. 15.*

211. Nunquam est aliquis vere confessus, nisi in eo finitus fuerit omnis amor terrenorum. *Ibid., cap. 15.*

212. Licet peccator confiteatur sacerdoti, hoc tamen facit Deo, cujus loco est sacerdos. *Sup. Psalm. cx.*

213. Plurimum ad emendanda peccata valet confessio. *Hom. 20, sup. Genes.*

214. Confessio peccatorum, abolitio est delictorum. *Ibid.*

215. Non tam grave est delinquere, quam post delictum de remedio erubescere, nec parere sacerdotibus. *Homil. 3, de David et Saul.*

216. Omnis qui confitetur servitutem, meretur gratiæ libertatem. *Serm. de Eo quod David dixit: Quis sum ego?*

217. Peccare non erubuit, et confiteri erubescit? *Homil. 2, sup. Psalm. L. vers. 4.*

218. Delicta non adjectione delictorum, sed penitentia et confessione celantur. *Hom. 49, sup. Matth.*

219. Radix confessionis, fides est cordis, confessio autem fructus est fidei. *Hom. 25, Oper. imperf. sup. Matth.*

220. Quando fides cordis integra est, semper germinat confessionem in ore; si autem confessio non fuerit, jam fides cordis ejus sicca est. *Ibid.*

221. Melius est propter misericordiam Deo rationem reddere, quam propter severitatem; ubi enim paterfamilias largus est, dispensator non debet esse tenax; si Deus benignus est, ut quid sacerdos ejus in confessione austerus? *Ibid., Homil. 43.*

222. Nihil prodest ex necessitate repetita confessio ejus, qui ex voluntate nec semel confessus est. *Proœculio.*

223. Nam voluntaria confessio et modica sufficit Deo, ex necessitate autem neque magna. *Ibid., Hom. 52.*

224. Qui occultat peccati sui hominibus constitutus, et penitere non vult, sed contemnens securus delinquit, Deo odibilis est. *Homil. 16, ex variis locis sup. Matth.*

225. Nihil tam exitiale peccato, quam peccati accusatio, cum penitudine lacrymisque conjuncta. *Concion. 4, de Lazaro mendico.*

226. Cur pudescis, cur erubescis dicere peccata tua? cave homini dixeris, ne tibi opprobret, neque conservo confitearis, ut in publicum proferat; sed ei, qui Dominus est, ei qui tui curam gerit, ei qui humanus est, ei qui medicus est ostende vulnera tua. *Ibid.*

227. Peccatores non desperent; sed si peccaverit quis, quotidie confiteatur peccatum; tamen si millies peccaverit, perstet millies confiteri. *Hom. 6, de penit.*

228. Cur confunderis et erubescis peccata tua effari? confusio est quidem peccare, confiteri autem peccatum non est confusio. *Serm. de Penit. et confess.*

229. Rape tu remedium quisquis es, peccator, qui peccando divina contempsisti præcepta. *Serm. de Confess.*

230. Quia horres fateri, quod libenter ac prope commisit? cur confunderis dicere, quod non confusio es perpetrare? *Ibid.*

231. Licet confiteri, cui peccare licuit; licet petere veniam, cui licuit contrahere culpam. *Ibid.*

232. Non potest quis gratiam Dei celestis accipere, nisi prius purgatus fuerit ab omni sordo peccati per penitentiam confessionem. Habetur in decretis *Gratiani*, part. 2 de *Penitent.*, dist. 1, can. *Non potest.*

233. Vulnus donec superne tectum latuerit, et profunda penetraverit, nulla ratione curatur. *Prosec.*

234. Peccatum quamdiu absconditur multa licentia (velut in tenebris, plurimum audeat; postquam vero per confessionem manifestum fuerit, jam lux est, non ipsum peccatum. *Serm. 18, sup. Ep. ad Ephes.*

235. Peccatum confessione minuitur, confessione vero contempta pergit in pejus. *Hom. 31, sup. Epist. ad Hebr.*

236. Quomodo veniam delictorum tuorum petis, cum illa nondum confessus sis? *Prosec.*

237. Omnia ille misericordia et benignitate dignus est, qui, cum peccator sit, peccata sua confitetur. *Ibid.*

238. Quid erubescis? cum peccare te contigit haud erubescas; cum te peccato liberet, erubescis. *Prosec.*

239. Tunc erubescere debuisti, tunc oportuit pudore confundi, cum peccabas; cum factus es peccator, tunc pudere oportuerat, cum justus efficeris, pudes. *Homil. 3, de Penit.*

240. Non licet absque verecundia rubore, eterna confusionem liberari. Aperi, denuda, detege me-

S. JOAN. CRIM.

dico vulnus tuum; dic, age, non confundi. *Prosec.*

241. Esto dum confiteris, habitu, spe, cogitatione; ut condemnatus reus dimissis in terram luminibus, et medicis pedes, at Christi pedes lachrymis riga. *Gradu 2.*

242. Ad hoc quod confessio sit pura, tres habere debet conditiones; sit voluntaria, nuda, et munda. *Prosec.*

243. Voluntaria per propriam deliberationem, et propositum; nuda, scilicet taliter quod presbiter bene percipiat peccati magnitudinem; munda, ut non dicat peccatum sine verecundia, et simplicitate. *Part. 4, de Sanctimonial.*

244. Confiteri peccata tua; si tu agnoscis, Deus ignoscit; si tu excusas, omni creatura te accusabit. *Prosec.*

245. Nam si homo detegit, Deus tegit; si homo tegit, Deus nudat; si homo agnoscit, Deus ignoscit. *Sup. cap. 7, Regule S. Benedicti, Gradu 5, verbo Tu longe.*

246. Vulnus, quamvis grave sit, si apertum est, evaporat; valde enim comedit animum, vulnus clausum. *Prosec.*

247. Quanto autem magis id tegis, tanto magis auges; aperi ergo hoc grato animo, et non te excruciat. *Lib. 2, Synonym., cap. 7.*

248. Vitia cordis tui revela, pravæ cogitationes illico manifesta. *Prosec.*

249. Vitium enim proditum, cito curatur; crimen tacendo ampliat, silentio culpa crescit.

250. Si patet vitium, fit ex magno pusillum; si latet vitium, fit ex minimo magnum. *Ibid., cap. 11.*

251. Confessio erroris, confessio est desinendi; desinendum ergo est a peccatis, dum confessio facta est; confessio autem antecedit, remissio sequitur. *Proœculio.*

252. Extra veniam est, qui peccatum cognoscit, nec cognitum confitetur. *Lib. 6, Elymod., cap. 19.*

253. Nullus erubescat confiteri, quia vitium detectum cito curatur; latens vero quanto amplius occultatum fuerit, tanto magis profundius serpit. *Proœculio.*

254. Revera qui vitium confiteri negligit, curari minime cupit. *In Regula Monachor., cap. 13.*

255. Sunt qui non ex vera cordis compunctione sui accusatores fiunt; sed tantum ad hoc esse se peccatores assignant, ut ex flicta humilitate confessionis, locum inveniunt sanctitatis. *Lib. 2, de Summo bono., cap. 12, sent. 8.*

256. Multi semetipsos peccatores fatentur, et tamen semelipsos a peccato non subtrahunt. *Ibid., cap. 13, sent. 1.*

257. Qui peccatorum suorum defensor extiterit,

JOAN. GELS

JOAN. TRITL.

S. ISIDORUS.

HISPALENS.

- neceste est (si veniam præterit) ut penitendo accuset, quod superbiens prave admisit. *Ibid.*, cap. 24, sent. 3.
258. Vulnera mentis aperta, cito exhalant; clausa, nimis exulcerant. *Ibid.*, cap. 39, sent. 27.
259. Superflua est humilitas eorum, qui se gessisse accusant, que non admitterunt. Lib. 3, de *Summo bono.*, cap. 32, sent. 6.
- LACT. FIRMI. 260. Confessio peccata et vulnera, quibus est subjecta imbecillitas carnis, salubriter curat. Lib. 4, de *Vera sapientia.*, cap. 30.
261. Appetenda est hæc omnibus medicina, scilicet confessionis, quoniam majori periculo vexatur anima, quam corpus et quamprimum latentibus morbis adhibenda est curatio. Lib. 6, de *Vero cultu.*, cap. 24.
- S. LAURENTIUS. 262. Nil sic cordis amissam reparat gratiam, sicut iugis oris confessio. *Prose.*
- S. JUSTINI. 263. Si delictorum maculis fœdatur, si hebetudine gravatur, si desperatione tængitur, si agitur tentatione, currat ad confessionem, et liberabitur.
264. 265. Quanto gravius sit delictum, et crebrior recidivatio, tanto amplius assidua sit confessio. Part. 4, de *Casto connubio.*, cap. 13.
266. Præclarum celestis gratiæ indicium, atque iustificati hominis medicamentum quam maximum, est delictorum humilis et devota confessio. Part. 2, de *Obedientia.*, cap. 13.
267. O delictorum ter beata confessio! quæ placat Deum, cælum pandit, reconciliat impios, tergit scelera, conscientiam mundat, fugat vitia, tribuit veniam, auget gratiam, spondet gloriam. Part. 2, de *Regimine Prælati.*, cap. 21.
- S. LEO I. 268. Non remanet iudicio condemnandum, quod fuerit in confessione purgatum. Sermon. 12, de *Quadragesima.*
269. Sufficit illa confessio, quæ primum Deo offertur, tunc etiam sacerdoti, qui pro delictis penitentium preceat accedit. Epistolæ. 8, cap. 2.
- LUDOVICUS BLOSII. 270. Ut puritatem conscientiæ adipiscaris, confitere satis frequenter humiliter contritoque corde peccata tua sacerdoti. In *Tabella spiritus.*
- ORIGENI. 271. Circumspice diligentius cui debeas confiteri peccatum tuum; proba prius medicum, cui debeas causam languoris exponere, qui sciat infirmari cum infirmante, hinc cum fletu, qui condolendi et compatiendi noverit disciplinam. Homil. 2, in *Psalm. xxxvii.*
- PETRI BLESII. 272. Peccatorum confessio debet esse pura, sincera, humilis, fidelis; nisi enim pura fuerit, inanis est. *Prose.*
273. Sunt nonnulli, qui sua dimittant peccata, quedam confitendo, quedam subterfendo; talis non cooperitur pallio Dei, quia suus non est, sed diaboli. Sermon. 40, in *die Cinerum.*
274. Simulatoria est, et falsa prorsus confessio, si ex cordis amaritudine non procedit. *Ibid.*, de *Confessione Sacramenti.*
275. Dura et deflenda conditio! peccare nos cogit fragilitas innata, et confiteri prohibet confusio peccati cognata. *Prose.*
276. Malum enim facere pudor non est, et pudor est confiteri; timemus dicere, quod committere non timemus. Sermon. 34.
277. A vestibulo hujus sacratissimæ virtutis omnes illos excludimus, quos ad confessionem vel timor cogit; quia extorta confessio non est confessio, sed confusio. *Prose.*
278. Vel aliorum accusatio trahit, quæ non est confessio, sed defensio.
279. Vel sui excusatio ducit, quæ non est confessio, sed defensio.
280. Vel inanis jactantia rapit, quæ non est confessio, sed illusio. Sermon. 38, de *S. Andrea.*
281. Oportet confessarium non minus litteratum quam religiosum esse. *Prose.*
282. Litteratum, ut sciat quid injungat, cui parcat, quando parere debeat; religiosum vero, ut purus mens levit ad Deum, et pro peccatoribus fiducialiter intercedat. *Ibid.*
283. Ut confiteamur ratio movet, Deus cogit, qui videt; et, si confundimur hæc dicere, quid erit in illa magna confusione, ubi omnia omnibus patebunt? *Ibid.*
284. Spes vana multos obruit, qui, dum bona presentia cupiunt, aperire conscientias suas nolum, ne, si quales sunt hominibus apparent, ad nulla presentis vite bona descendant. *Ibid.*
285. Prius per confessionem propria student errata corrigere, qui aliis volunt errorem confidentibus subvenire. *Opus.* 27, cap. 4.
286. Illi, quorum peccata humanam notitiam latent, non ab ipsis confessa, si ea confiteri noverint, Deum quem habent testem, ipsum habituri sunt et ultorem. Lib. 2, de *Vita contemplativa.*, cap. 7.
287. Bona est peccati confessio, si et erratio consequatur; nam quid prodest detegere plagam, et non adhibere medicinam? Sent. 104.
288. Amat Deus confidentibus parere et eos, qui semetipsos judicant, non judicare. *Ibid.*, sent. 210.
289. Omnia in confessione lavantur; conscientia mundatur, amaritudo tollitur, mare fugatur, tranquillitas redit, spes revisit, animus hilarescit. Part. 1, tract. 1, de *Extrema mali.*, cap. 3.
290. Illa est pura confessio, quæ ex casta dilectione surgit. Part. 4, de *Benjamin minore.*, cap. 11.
291. Mentiens in confessione tria peccata mor-

S. PETRUS DAMIANUS.

S. PROSPER.

RICH. A S. VICTORE.

ROBERTUS A SORDONA.

- talia committit: scilicet mendacium perniciosum, hypocrisis, et tertium, quia pollutus scienter accipit sacramentum confessionis. Tract., sup. *Confessio.*
- ROBERTUS. 292. Oportet confessionis susceptorem doctum esse lege divina, cautumque discretionem præcipua: ut sciat qualia, quibusque pro modo culpæ, vel pro possibilitate confidentium penitentia imponere onera. Lib. 2, sup. *Levit.*, cap. 43.
- TERTULLIANI. 293. Tantum revelat confessio delictorum, quantum dissimulatio exaggerat. *Prose.*
294. Confessio enim satisfactionis consilium est, dissimulatio contumaciæ. De *Pœnitentia.*, cap. 8.
295. Cur cessas aggredi quod scias mederi? mutæ anime et irrationalis medicinas sibi divinitus attributas in tempore agnoscent. *Ibid.*, cap. 11.
296. Sicut Papa non potest dispensare ut aliquis sine baptismo salvetur, ita nec quod salvetur sine confessione. In supplement. tertiæ partis, quæst. 7, art. 6.
297. De necessitate confessionis est, quod homo omnia peccata confiteatur, quæ habet in memoria. *Ibid.*, quæst. 9, art. 2.
298. Ubi humiliter confessio, ibi facilis venia impetratio. In *Hortulo Rosarum.*, cap. 16, sect. 2.
299. Difficile est, ut ad ea que preparavit Dominus credentibus in se, tibi pervenendi sit aditus, nisi onustum vitii pectus exoneret. Hom. 2, de *Arcta Vita.*
300. Ille secum magnas opes ad Paradisum portat, qui onustum vitii pectus studio religionis exonerat. Hom. 6, de *Otiosis verbis.*
- SENTENTIA PAGANORUM.
- CICERO. 301. Prius de vestro delicto confiteamini necesse est, quam proximi ullam culpam reprehendatis. Orat. 41, pro *Ligario.*
- PLATO. 302. Quicumque aliquid injuste egerit, ad accusandum seipsum, non ad obtegendum, sed in lucem producendum crimen promptus esse debet, ut qui peccavit det pœnas et sanus incolumisque evadat. de *Rhet.*
- SENECA. 303. Vitia sua confiteri sanitatis initium est. Epistolæ. 53.
304. Locum innocentia tenet proximum confessio, quia ubi confessio, ibi remissio. De *Moribus.*
305. Proximum ad innocentiam tenet locum, verecunda peccati confessio. In *Proverb.*
- CONFIDENTIA.
- S. AUGUSTINI. Definitio. Fidentia est per quam magnis et honestis in rebus multum ipse animus in se fiducia
- cum certa spe collocavit. De *LXXXIII quæst.*, quæst. 31.
- CONFIDENTIA est fortitudo figens animam, respectu boni ardui, quod sibi proportionalium est, secundum dictamen rationis. In *descriptio terminorum.*, cap. *Fortitudo.*
- CONFIDENTIA est expectationis mali, et perturbationis ob mali presentiam remotio. de *Definitio.*
- Divisio. CONFIDENTIA triplex est: prima confidentia est de seipso; secunda est confidentia de alio; tertia est confidentia de aliquo vano. Part. 4, tit. 6, cap. 7, § 4.
- SENTENTIA PATRUM.
1. Nemo majore fiducia utitur, quam qui ex S. AMBROSII affectu diligit. Lib. 3, ep. 29, ad *Theodosium imperatorem.*
2. Memento te fidere in Christo, et si motus est S. AUGUSTINI pes tuus, si titubas, si aliqua non superas, si mergi incipis, dic, Domine perere, libera me; dic, Domine perere, ne peras. Sermon. 13, de *Verbis Domini.*
3. Sibi ipsi fidere, non fidei, sed perfidia est; nec confidentia, sed dissidentia est magis, in semetipso habere fiduciam. Ser. 5, in *Vigilia Nativitatis Domini.*
4. Si quis devotus, si quis sollicitus, si quis spiritu fervens sit, caveat sibi, ne suis fidat meritis, ne suis operibus imitatur; alioquin non humusmodi animum intrat gratia. Sermon. 3, de *Annuntiatione B. M.*
5. Debet dolorem spei fiducia delinire. In fine sermon. de *Transitu S. Malachia.*
6. Quantum crescit in gratia, tantum et in fiducia dilataris. Sermon. 3, sup. *Cont.*
7. Fideli homini magis inter flagella fidendum est. Epistolæ. 236, ad *Eugenium papam.*
8. In virtute tua nihil ponas, in viribus tuis non confidas, sed confidentia tua semper sit in Christo. Sermon. 3, ad *Sarorem.*
9. Est infidelis fiducia solius maledictionis capax, cum videlicet in spe peccamus. *Prose.*
10. Nec illa fiducia dicenda est, sed insensibilitas quedam et dissimulatio perniciosa.
11. Hæc est autem vera hominis fiducia a se deficientis et invidentis Domino suo. Sermon. 3, de *Annuntiatione B. M.*
12. CONFIDENTIA vera non inmittitur propriis viribus, sed divinis. Sup. *Luc.*, cap. 5.
13. Devota mentis confidentia solet esse indicium exactionis. Lib. 2, de *Profectu religiosorum.*, cap. 67.
14. Magna contra diabolum arma sunt, in suis viribus fiduciam non habere, sed Deum rogare, qui adversarium possit opprimere. Sup. *Psalm. xliii.*, vers. 27: *Quoniam humiliata est in pulverem anima mea.*

15. Adversaria est confidentia, quæ periculum vitam suam pro certo commendat. *Prosec.*
16. Expendit plus bene timere quam male fidei. *De singularitate Clericorum*, cap. 2.
- FRANCISCUS TITELMAN. 17. Facit experientia fidelitatis in præteritis temporibus, ut et secure in posterum fidamus. *Secl. 1, sup. Psalm. xxx, vers. 6: Redemisti me Domine Deus veritatis.*
- S. GREG. MAG. 18. Tanto major fiducia mentem roborat, quanto hæc fortior pro veritate afflictio angustatur. *Lib. 12. Moral., cap. 42, sup. illud Job 41: Et habebis fiduciam.*
19. Quibusdam sæpe magnitudo virtutis occasio perditionis fuit, ut cum de confidentia virum inordinate securi sunt, inopinate per negligentiam morentur. *Part. 4 Pastoral., cap. 1.*
20. De omnipotentis Dei misericordia ordinate confidit, qui hoc quod peccando delinquit, penitentia corrigi, fiendo tergit. *Lib. 2, in 1 Regum, cap. 3, sup. illud: Dominus est quod bonum est.*
- S. GREG. NAZ. 21. Venis potius est fidendum, aut si quid undis inscribatur, quam humanarum rerum prosperitati. *Ep. 62, ad Sophronium.*
- HUGO A SANC-TO VICTORE. 22. Fiducie est ex virtutum conscientia immotam mentem inter adversa sibi constituere, et de bono exitu confidere. *De fruct. carnis et spirit., cap. 14.*
- HUGO CARD. 23. Confidentiam habe, et veniam consequeris. *Sup. Genes., cap. 4.*
- S. JOANNES CHRYSOSTOM 24. Grate anime quanto fruuntur fiducia, tanto majorem Deo reverentiam exhibent. *Hom. 39, sup. Genes.*
25. Nemo qui male vixit desperet, cum ante primos etiam possit volitare; nemo qui virtutem colit confidat ac dormitet, ne meretrix quæ piam antevertat. *Hom. 62, sup. Math.*
26. Omnis qui confidens est in operibus suis et gloriatur securus est; qui autem securus est non timet; qui non timet nec cavet, qui autem non cavet, quando non sperat, supplantatur à diabolo et dejicitur. *Hom. 5 Oper. imperf. sup. Math.*
27. Utrumque periculosum est, et confidentia et desperatio; nam confidentia stantem evertit, et desperatio post lapsum non admittit resurgere. *Hom. de Prodit. Juis.*
28. Nemini fidei qui in malitia vivit. *Serm. 14, sup. Ep. ad Philipp., in Morali.*
29. Nemo malus desperet, nemo bonus nimium sibi confidat; sed ille trepidus, hic alacris esto. *Hom. 38, sup. 1, ad Corinth.*
30. Noli, si stas, nimium confidere, sed cave ne cadas; nam, si Paulus, qui omnium firmissimus erat, formidavit, longe magis nobis est formidandum. *Ibid. Homil. 23, in Moral.*

31. Stantem confidere et desperare jacentem perditio animarum est. *Homil. 10 de Panis.*
32. Ne credas in vita tua luto carnis tue, neque s. JOAN. CLIM. tibi ipsi omnino fidas. *Gradu 15.*
33. Nihil ita charitatem solvere odiumque consuevit efficere, sicut confidentia. *Ibid., gradu 26.*
34. Quanto homo justus pluribus impugnatur JOAN. GER tentationibus, et quanto, renitens eis, pluries evincitur, tanto frequentius, certius, et ideo fortius, quia humilior in Deum se projicit, de Deo sperat et confidit. *Part. 3, de Consolat. Theologiae, lib. 1, prosa 3.*
35. Semper potius de oratione, quam de confidentia tua, de Deo tantum et non de Principum familiaritate confidas; quia maledictus qui confidit in homine. *Ep. 134, ad Wilhelmum electum.*
36. Non confidas iis, qui solent dare verba, quorum amicitia questuaria est et familiaritas sumptuosa. *Ibid., tract. de Instit. episcopi.*
37. Quantum fideles de se diffidunt, tantum in divinis spei adjutorio confidunt. *Part. 2, sup. Cant., cap. 21.*
38. Multum contrariatur supernæ visitationi falsa libertas animi et magna confidentia sui. *Lib. 2 de Imi. Christi, cap. 10, sect. 2.*
39. Qui confidit in Domino non deseretur ab eo, in quacunque tribulatione fuerit. *In Hortulo iussur., cap. 11.*

## SENTENTIE PAGANORUM.

40. Hominis est bona spe freti beneque sperantis confidere. *Lib. 3, de Moribus, cap. 7.*
41. Due res dant plurimum roboris animo, fides veri et fiducia. *Ep. 94.*
42. Fiduciam cum verecundia habeto. *Sent. SIXT. PHILOS. 244.*
43. Non judices esse sapientie studiosum, qui non de omnibus credis. *Ibid., sent. 249.*

## CONFLICTUS VITIORUM ET VIRTUTUM.

## SENTENTIE PATRUM.

## Avaritia et largitas.

1. Avarus ait: Quid injustum est si, cum aliena non invadam, propria diligentius servo? *Prosec.*
2. Largitas respondet: O impudens dictum! propria dicis? quæ ex quibus reconditis in hunc mundum detulisti?
3. Quando in hanc ingressus es lucem, quando de ventre matris existi, quibus quæso facultatibus, quibusque subsidiis stipatus ingressus es? *Ser. 81.*

## Gloria vana, et humilitas.

4. Inanis gloria, cum plene mentem ceperit, mox septiformem in illa nequitiam gignit: inobedientiam, jactantiam, hypocrisim, contentionem, pertinaciam, discordiam, ac novitatis presumptionem. *Prosec.*
5. Sed si huic vera humilitas opponatur, omnis ejus nequitia vacuatur. *Precat. 2, ante Misam.*
6. Nemo ad certamen virtutis admittitur nisi, prius ab omnibus ablutus maculis delictorum, gratiæ celestis munere consecratur. *Lib. 4, sup. Luc, cap. 4.*
5. AUGUSTIN. 7. Quid aliud quam pie viventium crudelis persecutio adversus conglobatas virtutum acies descevit? *Prosecutio.*
8. Pugnat contra humilitatem superbia; contra Domini timorem, inanis gloria; contra veram religionem, simulatio; contra subjectionem, contemptus; contra fraternam congratulationem, invidia; contra dilectionem, odium; contra libertatem justæ correptionis, detractio; contra patientiam, ira; contra mansuetudinem, protervia; contra satisfactionem, tumor; contra spirituale gaudium, secularis vita; contra virtutis exercitium, torpor vel ignavia; contra spei fiduciam, desperatio; contra mundi contemptum, cupiditas; contra misericordiam, obduralio; contra innocentiam, fraus et furtum; contra veritatem, fallacia atque mendacium; contra ciborum parcimoniam, ventris ingluvies; contra moderatum morem, inepta lætitia; contra discretam taciturnitatem, multiloquium; contra carnis integritatem, immunditia; contra cordis munditiam, spiritibus fornicatio; contra amorem patriæ celestis, appetitus seculi. *De conflictu vitiorum et virtutum, cap. 1.*
9. O quam durus, o quam amarus est superbiæ congressus, quæ Angelos de celo projecit, homines de Paradiso minavit. *Ibid.*
- Superbia et humilitas.
10. Superbia dicit: Multis, imo pene omnibus melior es, verbo, scientia, divitiis, honoribus, cunctisque quæ carnalibus, vel spiritualibus suppetant charismatibus. Cunctos ergo despice, cunctis temetipsum superiorem attende. *Pro.*
11. Humilitas respondet: Memento quia pulvis es, quia cinis es, quia putredo et vermis es; quia etsi aliquid es, nisi tantum te humiles quantum magnus es, perdes omnino quod es.
12. Nunquid tu altior es, quam primus Angelus? nunquid tu splendidior in terra, quam Lu-

cifer in celo? quod si ille de tanta sublimitate cecidit per superbiam, quomodo tu ad tantam sublimitatem superbiens de imis conscendes? *Ibid., cap. 2.*

## Inanis gloria et Timor Dei.

13. Inanis gloria dicit: Age bonum quod vales, ostende cunctis bonum quod agis, ut bonus a cunctis dicaris, ut sanctus et venerabilis ab hominibus prædiceris, ut Dei electus voceris, ut nemo te contemnat, nemo despiciat, sed universi tibi debitum honorem persolvant. *Pro.*
14. Timor Dei respondet: Si boni aliquid agis, non pro transitorio, sed pro æternis honoribus id age.
15. Occulta quod agis, in quantum vales; quod si ex toto non vales, sit in animo occultandi voluntas, et non erit de ostentatione illa temeritas, nec criminis erit aliquando manifestare, quod semper vis celatum habere. *Ibid., cap. 3.*

## Simulatio et vera Religio.

16. Simulatio dicit: Quia nihil boni in abscondito facis, ne a cunctis cognitus detesteris, finge te foris esse, quod intus non appetis. *Prosec.*
17. Religio vera respondet: Imo magis satage esse quod non es; nam ostendere te hominibus quod non es, quid aliud quam damnatio est? *Ibid., cap. 4.*

## Inobedientia et subjectio.

18. Inobedientia dicit: Quis tu es ut pejoribus obtempere, deterioribus famulatum exhibeas? Te magis quam illos decernat imperare, qui tibi non possunt ingenio vel industria cœquari: obtempera igitur magis Domini imperio, et non sit tibi cura de aliquo. *Prosec.*
19. Subjectio respondet: Si Domini obtemperandum est imperio, humano subdi necesse est magisterio. Quales enim esse debeant hi qui imperant, non est a subditis disciendum. *Ibid., cap. 5.*

## Invidia et concordia.

20. Invidia dicit: In quo illo, vel illo minor es? cur ergo eis vel equalis, vel superior non es? quanta vales ipse, quæ ipsi non valent? non ergo tibi aut superiores aut æquales esse debent. *Prosec.*
21. Concordia respondet: Si cæteros virtutibus antecellis, tutius in loco infimo, quam in summo temetipsum conservas, semper enim de alto pejor fit ruina. *Ibid., cap. 6.*

*Odiu et charitas.*

22. Odiu dicit: Absit ut illum ames, quem in omnibus contrarium habes, qui tibi derogat, qui tibi insultat, qui te injuriis exasperat, qui tibi peccata tua improperat, qui te dicis, operibus, honoribus semper præire festinat: nisi enim tibi invideret, nequaquam se tibi ita præferret. *Prosec.*

23. Charitas respondet: Numquid quia hæc que narras odio habenda sunt in homine, propterea non est amanda Dei imago in homine, sicut Christus qui in cruce positus inimicos suos dilexit.

24. Omnem ergo amaritudinem fellis evome, et quoquo pacto volueris, charitatis dulcedinem sume, nihil enim suavius, nihil illa beatius. *Ibid.*

*Detractio et correptio.*

25. Detractio dicit: Quis potest sustinere, quis silentio legere, quanta ille prava committit, nisi forte qui consentit? *Prosec.*

26. Libertas justæ correptionis respondet: Nec tacenda sunt mala proximi, nec consentienda, sed charitate fraterna in faciem proximus est redarguendus, non autem occulte detrahendus.

27. Majus scandalum sumit, qui se detrahentem intelligit, quam qui corripientem sustinet.

28. Et nonnunquam errata delinquentium ad tempus silentio tegenda sunt, ut aptiori tempore corrigantur. *Ibid.*

*Ira et patientia.*

29. Ira dicit: Quæ erga te aguntur, hæc æquanimitè ferri non possunt, imò tolerare peccatum est: quia si non eis cum magna exasperatione resistitur, contra te deinceps sine mensura cumulantur. *Prosec.*

30. Patientia respondet: Si passio redemptoris ad mentem reducitur, nihil tam durum, quod non æquo animo toleretur.

31. Sed quanta sunt in comparatione passionum ejus, que patimur? Ille enim opprobria, irrisiones, contumelias, alapas, sputa, flagella, spinam coronam, crucemque sustinuit; et nos miseri ad nostram confusionem uno sermone fatigamur, uno verbo deieimur. *Ibid.*

*Protèrvia et mansuetudo.*

32. Protèrvia dicit: Numquid stultus, numquid brutus animalibus ac insensatis lenia verba, non asperrima magis, ut tales decet, dum delinquant, objicienda sunt? *Prosec.*

33. Mansuetudo respondet: Non tua in his persuasio, sed Apostoli sequenda est præceptio di-

scens, Seniore ne increpaveris. Quod protèrvia malum deterius adhuc subditis, quam prælatis nocet.

34. Sæpius enim contingit, ut leniter, ac cum charitatis dulcedine prolata correptionem spernant, et contra humilitatis verba, despectionis emittunt jacula. *Ibid.*, cap. 10.

*Tumor et satisfactio.*

35. Tumor dicit: Testem habes in cælis; non sit tibi cura quid de te suspiciantur homines in terris. *Prosec.*

36. Satisfactio respondet: Non est danda detrahendi occasio, non susurrandi suspicio; sed si adsunt quæ corrigantur, manifestanda; aut certe si desunt, humili protestatione neganda. *Ibid.*, cap. 11.

*Tristitia et gaudium.*

37. Tristitia dicit: Quid habes unde gaudeas, cum tanta mala de proximis spargas? Pende cum quo merore omnes intuenti sunt, qui in tanto contra te amaritudinis felle versantur. *Prosec.*

38. Gaudium respondet: Non est in his contritandum, quæ suades, sed e contra magis gaudendum; et nullus locus meroris esse debet, ubi tanta lætitia succedit. *Ibid.*, cap. 12.

*Torpor vel ignavia et exercitium.*

39. Torpor vel ignavia dicit: Si lectioni, et continuato studio semper insistis, oculorum caliginem incurris: si indesinenter lacrymas fundis, ipsos etiam oculos amittis. *Prosec.*

40. Si protelatis vigiliis psalmorum censum persolvis, insaniam capitis acquiris: si quotidiano labore te conficis, ad opus spiritale quando con-surges?

41. Exercitium virtutis respondet: Quid tibi ad hoc proferendum tam longa temporum spatia proponis? numquid seis si crastinum vivas? imò etiam si unam horam in hac vita facias, ignoras. *Ibid.*, cap. 13.

*Evagatio et stabilitas.*

42. Evagatio dicit: Si Deum, ubique esse credis, cur unum locum singulariter, quo tanta mala perpetrantur, custodis, et non potius ad alia transis? *Prosec.*

43. Stabilitas firma respondet: Si ita est ut asseris, quia ubique Deum esse fateris; ergo nec iste locus deserendus est, quem fugere appetis, quia et in ipso Deus est.

44. At, inquis, meliorem inquiri, meliorem invenio; sed respondeo: Numquid meliorem, aut

etiam talem invenies, qualem diabolum, et Angelos ejus, et hominem perdidisse cognoscis?

45. Memor esto itaque, quia primus Angelus de Cælo ruit; et primus homo de Paradiso expulsus, ad ærumnam hujus sæculi pervenit.

46. Attende quia Lot exercitio malorum probatus, inter Sodomitæ sanctus fuit; in montis vero securitate torpens, inebriatus cum filiabus suis peccavit. *Ibid.*, cap. 14.

*Desperatio et fiducia.*

47. Desperatio dicit: Quæ et quanta commisisi, quam gravia crimina, quam numerosa delicta, et tamen in melius vitam nondum mutasti, necdum conversationem utiliter correxisti. *Prosec.*

48. Ecce enim, ut cernis, mala consuetudine obligatus teneris; conaris exsurgere, sed peccatorum oneribus prægravatus relaberis.

49. Quid ergo agendum est, quando de præteritis certa damnatio imminet, et de presentibus emendatio nulla succedit; nisi ut non amittantur rerum temporalium voluptates, dum consequi nequeunt futuri sæculi delectationes?

50. Fiducia respondet: Si de criminibus et de delictis agitur, ecce David adulterii simul et homicidii reus de inferni faucibus Domini misericordia describitur liberatus.

51. Ecce Manasses omnium peccatorum nefandissimus, impurissimus ac sordidissimus, illecebrosissimus quoque et sceleratissimus, per penitentiam ad vitam de morte rediit.

52. Non ergo quisque differat de die in diem, dum nescit si vel unam diem correctionis habeat; ut quod heri non egit, agat hodie, dum adhuc vivere licet. *Ibid.*, cap. 15.

*Cupiditas et mundi contemptus.*

53. Cupiditas dicit: Valde sine culpa es, quod quedam habenda concupiscis; quia non multiplicare appetis, sed egere pertimescis; et quod male alius retinet, ipse melius expendis. *Prosec.*

54. Mundi contemptus respondet: Ista nec apud homines sæculares sine periculo vel offensione procurantur, quin quanto quisque amplius habere cepit, tanto amplius habere concupiscit: fitque ut modum in concupiscendo non habeat, dum innumeris hujus sæculi curis deservire festinat.

55. Si igitur sæcularibus viris ita est perniciosa cupiditatis industria, quanto magis illis periculosior, qui habitu, et conversatione jam sæculares esse desiderant? *Ibid.*, cap. 16.

*Obduratio et misericordia.*

56. Obduratio dicit: Si ea quæ possides indi-

gentibus tribuis, unde subjectos absque penuria nutris? *Prosec.*

57. Misericordia respondet: Memento quid purgato diviti confingeri, qui non ideo damnatus est, quod aliena abstulerit, sed quod egentium pauperi sua non tribuerit. *Ibid.*, cap. 17.

*Furtum et fraus cum innocentia.*

58. Furtum dicit: Si aliena non tollis, ex proprio vel dives, vel sufficiens esse non potes. *Prosec.*

59. Fraus dicit: Si cuncta, quæ tibi prælatus servanda commisit, illibata consignas, et nec modicum quid reservandum existimas; unde vel propriis utilitatibus consulis, vel amicis et commilitonibus places?

60. Innocentia ad utraque respondet: Melius est pauperem et insufficientem esse, nullique ex dato placere, quam aliquem lædere furto vel fraude.

61. Qui enim aliena quomodolibet injuste præripit, ipse sibi regni cælestis aditum claudit. *Ibid.*, cap. 18.

*Ventris ingluvies et ciborum parcimonia.*

62. Ventris ingluvies dicit: Ad usum Deum omnia munda condidit; et qui saturari cibo respuit, quid aliud quam muneri concessio contradicit? *Prosec.*

63. Ciborum parcimonia dicit: Unum horum quod dicit, verum est: ne enim homo fame moreretur, omnia ad esum Deus creavit; sed ne mensuram comedendi excederet, abstinentiam imperavit.

64. Quapropter sicut æger ad medicinam, sic ad sumendas dapes debet quisque accedere: nequaquam videlicet in illis voluptatem appetens, sed necessitati succurrens. *Ibid.*, cap. 20.

*Inepta lætitia et moderatus meror.*

65. Inepta lætitia dicit: Ut quid animi gaudium intus abscondis? egredere in publicum lætus, dic aliquid foris, unde vel tu vel proximi rideant, fac eos lætos tua lætitia. *Prosec.*

66. Moderatus meror respondet: Unde tibi inest tanta lætitia? numquid jam diabolum vicisti? numquid jam inferni penas evasisti? numquid jam de exilio ad patriam venisti? numquid jam de tua electione securitatem accepisti?

67. Comprime ergo inanem lætitiã, qui nondum evasisti penalem ærumnam: nonne apud omnes insanus judicaturis qui, tenebris reclusus, carceris gaudere conatur? *Ibid.*, cap. 21.

*Multiloquium et Silentium.*

68. Multiloquium dicit: Non ille reus tenebi-



tur qui plura quidem, sed bona loquitur; sed ille, qui saltem rara, sed mala dicere probatur. *Pros.*

69. Silentium respondet: Verum est quod dicis, sed dum multa bona proferri videntur, sepe contingit ut a bonis loquendo inchoata, ad aliquid prævium derivetur.

70. Forte inter innumera verba declinantur criminosa, sed nunquam declinari poterunt inutilia atque otiosa, de quibus utique ratio in futuro erit reddenda. *Ibid.*, cap. 22.

#### Luxuria et Castitas.

71. Luxuria dicit: Cur te in voluptate tua non dilatas modo, cum quid te sequatur ignores? acceptum ergo tempus in desideriis perdere non debes: quia quam cito pertranseat, nescis. *Pros.*

72. Si enim misceri Deus in voluptate cõitus nolet, in ipso humani generis exordio masculum et feminam non fecisset.

73. Castitas respondet: Nolo ut ignorare te fingas, quid post hanc vitam recipies, si enim pie et caste vixeris, sine fine gaudebis: si vero impie et luxuriose, æternis incendiis subiaceris.

74. Inde autem castius magis debes vivere, unde quam citius tempus acceptum pertranseat, ignorare te dicis. *Ibid.*, cap. 24.

#### Amor sæculi et Amor patriæ cœlestis.

75. Amor sæculi dicit: Quid pulchrius, quid honestius, quidve potest esse delectabilius, quam quod in præsentî vita quotidie cernimus? *Pros.*

76. Amor patriæ cœlestis respondet: Si te ista delectant, quæ sub celo sunt; si carcer ita pulcher est, patria, civitas, et domus qualis est?

77. Si talia sunt, quæ colunt peregrini, qualia sunt quæ possident filii?

78. Si mortales et miseri in hac vita taliter sunt remunerati, immortales et beati qualiter sunt in illa vita ditati?

79. Quapropter recedat amor præsentis sæculi, in quo sic nullus nascitur, ut non moriatur, et succedat amor futuri sæculi, in quo sic omnes vivificantur, ut non deinceps moriantur. *Ibid.*, cap. 26.

80. Quandiu vitii imperatur, plena pax non est, quia et illa quæ resistunt periculoso debellantur prælio, et illa quæ vieta sunt, non dum securo triumphante otio, sed adhuc sollicito premuntur imperio. Lib. 10, de Civitate Dei, cap. 17.

81. Bellum gravius et amarum cogitari non potest, quam ubi voluntas sic adversa est passioni,

et passio voluntati, ut nullius earum victoria tales inimicitias finiantur, ubi sic colligit cum ipsa natura corporis vis doloris, ut neutrum alteri cedat. *Ibid.*, cap. 28.

82. Obsessa mens hominis, et undique diaboli infestatione vallata, vix occurrit singulis, vix resistit: si avaritia prostrata est, exurgit libido; si libido compressa est, succedit ambitio; si ambitio contempta est, ira exasperat, inflat superbia, vinolentia invitat, invidia concordiam rumpit, amicitiam zelus abscondit. Lib. 8, contra duas Epist. Pelag., cap. 10.

#### Charitas et superbia.

83. Pascit esurientem charitas, pascit et superbia: charitas ut Deus laudetur, superbia ut ipsa laudetur. *Prosec.*

84. Vestit nudum caritas, vestit et superbia; jejuna caritas, jejuna et superbia; sepelit mortuum caritas, sepelit et superbia; omnia opera quæ vult facere caritas et facit, agitatur contra superbia. Tract. 8, sup. Ep. Joan., cap. 4.

85. Habet anima virtutes, quibus instruitur, et armatur contra vitia; temperantiam habent contra prospera, fortitudinem contra adversa. De spiritu et anima, cap. 20.

86. Mellus confligitur cum vitii, quam cum sine ulla conflictione dominatur. Lib. 21, De Civitate Dei, cap. 13.

87. Universa hominum vita, virtutis palæstra est. Orat. 1.

88. Cum ex aliis quibuscunque bonis virum magis suarum capere soleat incrementum superbia; sola humilitas omnium propugnaculum, turrisque virtutum, ejus fortiter resistit malitiæ, obviat presumptioni. Ep. 1, ad Robertum.

89. Satis delicate se palpat, qui vult sine labore, studioque continuo vel vitia superare, vel virtutes acquirere. De ordine vite.

90. Superbia sicut est origo omnium criminum, ita est ruina omnium virtutum; ipsa est in peccato prima, ipsa in conflictu postrema. *Prosec.*

91. Cætera vitia solas illas virtutes impediunt, quibus ipsa destruuntur: ut luxuria pudicitiam, ira patientiam; sola vero superbia contra cunctas animi virtutes se erigit. De Inter. domo, cap. 41.

92. Ordinata procedit acie adversus septem peccati gradus spiritus septiformis. *Prosec.*

93. Contra negligentiam timor exurgit; qui enim timet Deum, nihil negligit.

94. Confligit adversus experientiam mali scientiæ spiritus, docens quid periculosum sit, quidve expedit experiri.

95. Contra concupiscentiam mali, dimicat fortitudo; nulla enim nisi in manu forti libertatio est.

96. Evidenter curiositati pietas adversatur, et quem illa a corde evocat, ista revocat.

97. Ut maligni artem arte deludat, consuetudini consilium se opponit.

98. Contemptum Dei spiritus intellectus impugnat, illuminans tenebras cordis, et lucem divine misericordie et copiosæ miserationis infundens.

99. Excultur negligentia, ut timoris spiritus repleat mentem; abjicitur curiositas ut succedat pietas, experientia mali fugatur, apponiturque scientia.

100. Concupiscentiæ prævalet fortitudo, consilium consuetudinem amputat, intellectus vigens contemptum amovet, et disparem omnino malitia sapientia regnat.

101. Miseram animam, quam perniciose negligentia soporaverat, timor suscitatur.

102. Quam pejus excitaverat curiositas, pietas blande demulcet.

103. Quam atraxerat experientia mali, scientia quid actum sit indicans, dolorem apponit.

104. Quam tenuerat concupiscentia, quod suum est fortitudo erigit.

105. Quam ligaverat consuetudo, consilium solvit.

106. Quam contemptus in carcere truserat, intellectus educit de carcere.

107. Quam malitia jugulaverat, sapientia reparat. *Serm. de septem donis Spiritus sancti.*

108. Presto tibi contra adversarii machinas, sunt arma diversa. *Prosec.*

109. Si libidinis in nos bellum moverit, sociam nobis in pugna animi castitatem adversus illum assumamus.

110. Si te per odium vulnerare studuerit, ad fratrem charitatem accurrit.

111. Si te per arrogantiam oppugnaverit, humilitatem ei opponit.

112. Si corporis concupiscentiam adversum te incitaverit, temperantiæ thoracem velociter induit.

113. Si lascivæ jacula in te contorserit, galeam continentie in eum assumas.

114. Si divitiarum cupiditate te stimulerit, paupertatis beatitudinem amplectere.

115. Si gula vitio te adortus fuerit, jejunii tibi alas aptes. *De malo linguæ.*

GLOSSA ORD. 116. Cum aliis vitii potest expectari conflictus, sed hanc, scilicet fornicationem, fugite, ne approximatis, quia non aliter potest melius vinci.

Sup. 1, ad Cor., cap. 7.

117. Virtus dum vitii renittitur, quadam delectatione ejus sibi met ipsi animus blanditur. Part. 4 Pastoralis, cap. 1.

118. Qui contra vitia semper in acie est, habet etiam hoc tempore bellum suum; et fortasse gravior affligitur, cum non extraneorum ictibus, sed suorum moribus impugnatur. Lib. 31, Moral., cap. 4.

119. Alia vitia eas solummodo virtutes impediunt, quibus ipsa destruuntur; ut videlicet, ira patientiam, gastrimargia abstinentiam, libido continentiam expugnet. Superbia autem nequam unius virtutis extinctione contenta est, sed contra cuncta anime membra se erigit. Lib. 34, Moral., cap. 18.

120. Conflictus vitiorum, exercitia sunt virtutum. Lib. 3, de Arca Noe, Moral., cap. 10.

121. Virtutes expellunt vitia: humilitas superbia, charitas invidia, pax iracundiam, gaudium acediam, liberalitas avaritiam, abstinentia gulam, castitas luxuriam. *Serm. 41, de Spiritu sanctitate.*

122. Ubi vitia eum impetu sunt fluentia, et malos ad tormenta trahentia, ibi virtutis est cujuslibet dissipatio. *Prosec.*

123. Aufert superbia humilitatem, ira pacem, invidia charitatem, acedia gaudium, avaritia largitatem, luxuria castitatem. *Serm. 23.*

124. Hominum cum vitii conflictantium, alii sunt stantes, alii nutantes, alii vagantes. *Prosec.*

125. Stantes sunt confirmati, nutantes nondum radicati, vagantes dissipati.

126. Stantes sunt qui vincunt, nutantes qui pugnant, vagantes qui vincuntur.

127. Stantes sunt in pace, nutantes in luctamine, vagantes in abalienatione.

128. Stantes possident, nutantes appetunt et sequuntur, vagantes fugiunt et abstrahuntur primum ad illicita opera, postea ad turpia. Lib. 1 Miscellan.

129. Illud est cunctorum luctaminum velut quoddam solidissimum fundamentum, ut primitus carnalium desideriorum incentiva perimantur. *Prosec.*

130. Nullus carne propria non devicta, legitime decertare poterit; et qui legitime non decertat, sine dubio nec in agone colligere, nec coronæ gloriæ, nec victoriæ gratiam poterit promereri. Lib. 5, de Spiritu Gastrimargiæ, cap. 16.

131. Sine vera humilitate nullus penitus vitii poterit unquam triumphus acquiri. Lib. 6, de Spiritu fornicat., cap. 1.

132. Cenodoxia tanto est perniciosior ad con-

HUGO A. S. VICTORE.

JOAN. CASS.

flictum, quanto obscurior ad cavendum. Lib. 11, de Spirit. *Cenodoxia*, cap. 2.

133. Unusquisque vitium, quo maxime infestatur, explorans, adversus illud arripit principale certamen. Collat. 5 *Abbat. Scrapion.*, capitulum 14.

134. Virtutes non occultatione vitiorum, sed expugnatione pariuntur. Collat. 18 *Abb. Piamonis*, cap. 8.

S. JOANNES  
CHRYSOST.

135. Omnium honorum prima et fortiora tria sunt mala: scilicet gula, avaritia et vana gloria. *Prosec.*

136. Omnium malorum prima et fortiora tria sunt bona: eleemosyna, oratio, et jejunium. Eleemosyna contra avaritiam, jejunium contra gulam, oratio contra vanam gloriam. Hom. 13 *Oper. imperf. sup. Matth.*

JOAN. GRES.

137. Frustra praeliatur adversus alia vitia, qui gule portam aperit. Part. 4, Serm. Dom. 1 *Quadr.*

ISID. HISP.

138. Semper est conflictus inter virtutes et vitia; nam coherere et conjungi non potest veritas cum mendacio, pudor cum petulantia, fides cum perfidia, castitas cum luxuria. Lib. 2, de *Sum. bono*, cap. 36, sent. 6.

139. Tunc se viri sancti veracius a vitiorum colluvione detergunt, dum ab eis contra singula vitia virtutes singule opponuntur. *Prosec.*

140. Interdum vitia cum virtutibus ad utilitatem confligunt, ut ipso certamine vel mens exerceatur, vel ab elationis concursu animus restringatur. *Ibid.*, cap. 37, sent. 1.

141. Adversus vitiorum impetus, contrariis virtutibus est pugnandum. *Pros.*

142. Contra luxuriam, cordis est adhibenda munditia; contra odium, dilectio est preparanda; contra iracundiam, patientia est proponenda; contra timorem, fiducia adhibenda est virtus; contra torporem, coeli premium.

143. Tristitie quoque gaudium, acediae fortitudo, avaritiae largitas, superbiae humilitas opponenda est. *Ibid.*, cap. 37.

144. Singule virtutes nascentia contra se vitia reprimunt, ac tentationum motus virtute divinae charitatis extinguunt. *Prosec.*

145. Libidinem abstinencia domat, adversus iram tolerantia dimicat.

146. Tristitie mororem spes aeterni gaudii superat, et quem turbata mens de exterioribus afflicto, dulcedo interioris tranquillitatis lenit.

147. Adversus invidiam preparatur charitas; et adversus iram incendia mansuetudinis adhibeatur tranquillitas.

148. Adversus superbiam opponitur humilitas Christi, qua humiliatur elati. *Ibid.*

149. Non potest quispiam spiritualia bella suscipere, nisi prius carnis edomaverit cupiditates. *Ibid.*, cap. 41, sent. 1.

150. Tunc hostes, qui intra nos sunt, a nobis fortius superantur, quando prius quae intra nos sunt vitia extinguuntur; nam frustra foris agit bellum, qui intus habet periculum. Lib. 2 de *Summo bono*, cap. 42, sent. 11.

151. Ubi vitia non sunt, nec virtuti locus est. *LACT. FIRM.* quidem; sicut nec victoriae, ubi adversarius nullus est: ita fit ut bonum sine malo esse in hac vita non possit. Lib. 6 de *Vero cultu*, cap. 15.

152. Praeparet se quisque ad agonem, erudiatur ad justitiam, instruat ad virtutem ut, si forte adversarius indixerit bellum, nulla vi, nullo terrore, nullis crucialibus a recto et bono devellatur. In fine *Epitom. divin. instit.*

153. Iniquitas cum justitia non habet pacem; temperantiam odit ebrietates; falsitati nulla cum veritate concordia. *Prosec.*

154. Non amat superbia mansuetudinem, petulantia verecundiam, avaritia largitatem.

155. Et tam pertinaces habet diversitas illa conflictus ut, etiamsi exterius conquiescat, ipsa tamen piorum cordium penetralia inquietare non desinat. Serm. 9 *Quadr.*

156. Interior homo, in Christo regeneratus et cum a vinculis captivitatis est erutus, assiduus habet cum carne conflictus et, dum cohibet concupiscentem, patitur repugnantem. *Pros.*

157. In qua discordia non facie obtinetur tam perfecta victoria, ut etiam quae sunt abruptenda non illigent, et quae sunt interficienda non vulnerent. Serm. 5 de *Jejunio septimi mensis*.

158. Christiane Religionis via ea est ut, ubi est Spiritus sanctus, ibi statim sequatur conflictus. Hom. 15.

159. Temperantia pugnat contra libidines, prudentia contra errores, fortitudo contra adversitates, justitia contra inaequalitates. De *charit.*, cap. 14.

160. Gravissimi hostes nobis sunt: superbia auferit homini Deum, luxuria seipsum, avaritia proximum; gula decipit seipsum, invidia sugillat, ira flagellat, acedia ligat. *Prosec.*

161. Humilitas opus celeberrimum quasi potio superbiam excludit.

162. Apponitur contra luxuriam castitas, quae illam penitus destruit.

163. Contra avaritiam confligit eleemosyna, quae sua perseverante largitate illam opprimit.

164. Major solito abstinencia gulae venenum eliminat.

165. Invidia visis rebus opimis macrescit; tunc autem fidelis si vis illam vincere, humilia oculos

tuos, ne videas unde doleas, vel (quod verius) unde pereas.

166. Iræ opponitur mansuetudo, nihil enim facilius frangit iram; quia eum, qui passus est injuriam, mansuetudo provocat adveniam, et eum qui intulit, ad lacrymas inducit.

PETRUS CELL.

167. Similiter contra acediam confligit devotio, quae hunc torporem cito evacuat. *Ibid.*, Serm. 11, *Quadr.*

168. Virtus adversariorum infestatione laessata, flore vernat et fructu. *Prosec.*

169. Tunc virtus se expandit propagine multa, cum malis reluctantibus fuerit provocata.

170. Nec ad plenum fides discernitur, nisi telo infidelitatis fortiter impetatur.

171. Justitia non absque terrore est, quando gloriatur, nisi cum experimentum sui injustitia capit. Lib. 5, epist. 4.

172. Turba vitiorum, ordine confuso, præcepit rapitur ad bellum. *Pros.*

173. Confundunt voces et permiscunt ordines, incentiva vitiorum.

174. Sed lentius gressibus et incesso composito procedit ad bellum exercitus virtutum; quo tamen tardius venit, eo instantius venit.

175. Bonum quidem est, ut vitium a virtute perimatur, sed malum est ut vitiosus virtuti adversetur. *Ibid.*, de *Panibus*, cap. 13.

176. Virtutem aggreditur concupiscentia, seutum arripit ira, lanceam luxuria, gladium invidia, clypeum temeritas, equum jactantia, calcaria impatentia, galeam superbia. *Ibid.*

177. Bellandum, imo rebellandum est tibi adversus phalangas vitiorum, ne patiaris sine fine execrabile super te imperium demonum. *Ibid.*, cap. 15.

178. Ne sit pietas, impietas agit; ne eleemosyna vindicet, cupiditas pugnat; ne misericordia convalescat, furti avaritia confligit; ne innocentia, puritas, simplicitas, sanctitas regnet, hypocrisis sola confligit. Serm. 9.

179. Gula cum jejunio, abstinencia cum crapula, cum luxuria castitas, cum perfidia fides confligit. *Prosec.*

180. Pietas cum impietate, patientia cum furore, cupiditas cum liberalitate, misericordia cum avaritia, humilitas cum superbia, sanctitas cum reatu confligit.

181. Si quis spectante Deo, celesti resonante jam tuba, Angelico insistente occurso, irretitus illocerbis ad exercitium virtutis venire neglexerit, perdit lactaminis præmium, virtutis gloriam, certaminis palmam, justitiae coronam. *Ibid.*, serm. 13.

182. Nescit vincere vitia corporis virtutis cingulum qui deponit. *Ibid.*, Serm. 22.

183. Vitia non sunt repensanda vitis, sed superanda virtutibus. *Prosec.*

184. Nam ira vincitur lenitate, mansuetudine extinguitur furor, malitia bonitate palpatur, crudelitas pietate prosterntur, impatentia patientia puniuntur, superbia humilitas sternit. *Prosec.*

185. Ergo qui vult vitia vincere, pietatis arma teneat, non furoris. *Ibid.*, serm. 33.

186. Cum aliis vitis animus poterit configere Christianus, invidiam quisquis antequam sentiat non fugerit, non evadit. Serm. 172.

187. Eia miles Christi, fortiter te in vires collige et, circumducto prudentiae tuae oculo, contra cunctas diaboli machinas viriliter præliare, avaritiam jugula, superbiam calca. Lib. 7, ep. 4, ad *Gebehardum archiepiscop. Ravensatem.*

188. Arripe arma, et viriliter dimica; doma superbiam, jugula iracundiam, extingue libidinem, reprime avaritiam, occide invidiam. Ser. 18, de *S. Vitali Mart.*

189. Ii, qui adversus vitiorum monstra confligunt, supernae virtutis auxilio fulciuntur. *Opusc.* 7, cap. 22.

190. Virtus attollitur, et in sublime fertur, caelestia semper appetens; vitium autem deorsum vergit, et deditos sibi deprimit: omnis virtus animas amat, omne autem vitium corpora, et quicquid alteri gratum, alteri exosum est. De *eo: Quis rerum divinarum hæres sit?*

191. Contra omnia vitia, continua sunt bella virtutibus. Sup. *Psalm. CXXXIX*, vers. 2.

192. Vincendi præsens ratio est, si combus ipsas virtutum facies, et collectantia contra Vitibus infestis liceat portenta notare. In *Psychomachia de pugna fidei et idololatris.*

193. Magnus profecto labor est certare quotidie contra passiones et vitia, sed præmia maxima vincitibus sunt promissa. Serm. 11, ad *Novit.*, part. 1, divis. 1.

## SENTENTIE PAGANORUM.

194. Maxime dissident virtus et vitium, paupertas, et divitiæ. Libr. 3 *Polit.*, cap. 3.

195. Vitia et virtutes semper inter se confligunt. Hinc pugnat pudor, illic petulantia; hinc pudicitia, illic stuprum; hinc fides, illic fraudatio; hinc pietas, illic scelus; hinc constantia, illic furor; hinc honestas, illic turpitudinis; hinc continentia, illic libido. *Proseutio*, Orat. 2 et in ordine 20, pro *Catiline*, num. 25.

196. Denique sequitas, temperantia, fortitudo, prudentia, virtutesque omnes certant cum iniquitate, luxuria, ignavia, temeritate, cum vitis omnibus.

197. Omnia vitia contra naturam pugnant. Ep. 122.

S. PETR. DAM.

S. PETRUS  
DAMIANUS.

PHILO JUD.

S. PROSPER.

PRUDENTIUS.

THOMAS A  
KEMPIS.

ARISTOTELIS.

CICERO.

SENECA.